

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

مقامات للحريري

H A R I R I I

ELOQUENTIÆ ARABICÆ PRINCIPIS
TRES PRIORES CONSENSUS.
E CODICE MANUSCRIPTO

BIBLIOTHECÆ LUGDUNO-BATAVÆ
PRO SPECIMINE EMISSI,

A C

NOTIS ILLUSTRATI

A B

ALBERTO SCHULTENS.



F R A N E Q U E R Æ,

Ex Officina WIBII BLECK Bibliopolæ, 1731.

Bl

EC

S

T

AC

C

PERILLUSTRI AC EXCELLENTISSIMO
DOMINO ET COMITI
JOHANNI HENRICO
WASSENARIO.

BARONI AC DOMINO WASSENARIÆ. OB-
DAMI. HERSBROEKÆ. SPIERDYKI. QUID-
WYKI. KEMHEMI. LAGÆ. etc. etc. etc.
EQUITI ORDINIS JOHANNITICI. EQUES-
TRIS HOLLANDIÆ ORDINIS MEMBRO
SPLENDIDISSIMO. EJUSDEMQUE PROVIN-
CIÆ NOMINE CELSIS AC PRÆPOTEN-
TIBUS FOEDERATI BELGII ORDINIBUS
ADSCRIPTO etc. etc. etc.
ACADEMIÆ BATAVÆ QUÆ LUGDUNI EST
CURATORI PRIMO etc. etc. etc.

ALBERTUS SCHULTENS.

DEDICATIO.

RAtere, *Illustrissime Comes*, ut paucis Te in publico venerer. Potentissima me Tibi obstrungunt vincula, in æreque tum Tuo, tum Domus Tuæ splendidissimæ, sum totus. Excellentissimus Tuus Genitor, quum speciosum illud Academiæ hujus curandæ munus, quod nunc humeris quoque Tuis tam apte pulcreque fedet, sustineret, nascentibus meis studiis adspiravit, atque immortalī me beneficio beavit, quum aditum mihi patere jussit ad Orientales illas Gazas, quibus Bibliotheca publica merito caput effert.

In-

DEDICATIO.

Incubantem istis thesauris , atque cum maxime insudantem, ad Ecclesiæ *Wassenariensis*, tum forte vacuefactæ, curam me admovit, peregrinum licet, eadem illa munifica manus, voluntasque proluxa Illustrissimi Tui Patris. Hac in statione, quæ me a deliciis meis haud plane avellebat , sed suavissimum mihi cum iis commercium ex propinquo relinquebat, asseverare Tibi possum, *Excellentissime Domine*, lucidos mihi soles i-visse: neque ullum unquam diem liquidæ sinceræque illius tranquillitatis dulcedinem esse delecturum , quam ibi sub Magnæ Tuæ Domus umbra hausi, intimisque sensibus percepi.

Hæc me nunc causa potissimum im-

DEDICATIO.

pellit ad gratæ devotæque mentis tabellam hanc, publicamque testificationem, tacitis cogitationibus jam ante biennium Tibi destinatam, *Perillustri Tuo Nomini* dicendam.

Quæ recens Tuus in me congeffit favor, ut ampliora adhuc sunt, atque cumulatiora, ita patientiorem desiderant campum, quem mihi brevi, spero, aperiet Opus Tuo, Illustriumque Collegarum Tuorum, qui Rem Academicam tutamini, jussu auspiciisque indias luminis oras evulgandum. Diu Te fospitem Res cernat sentiatque Publica. Dabam Lugduni-Batavorum ipsis Kalend. Decembribus Anno MDCCXXX.

P R Æ F A T I O.

N lucem tandem prodire jubeo, minore licet forma, quam a principio destinaram, specimen hocce dissertationum *Haririi*, cujus opus quinquaginta *Confessibus*, ut eos vocat, sive potius *Sermonibus frequenti in Confessu habitis* contextum, ut *Minerva Phidia*, consecrari meruit; atque in arce apud Arabes collocari. Viri ætatem, merita, alia quæ ad notitiam tum auctoris, tum operis pertinent, cum Erudito orbe jam communicavit *Celeb. Golius*, edita prima dissertatione *Sananensi*, atque brevibus ad marginem notis illustrata. Extat ea in auctiore *Grammatica Erpeniana*, unde quum adolescentulus jam tum singulari harum literarum flagrans amore, primoribus labris libassem, ingens continuo per venas gliscere sitis, meque subinde pungere atque exstimulare, ad fontes tam uberes copiososque propius adeundos, pectusque inde, si pote, inbuendum, atque adeo commadefaciendum.

Eum in finem in *Academiam Batavam*, cujus apparatissimam *Bibliothecam*, inter thesaurus

P R Æ F A T I O.

sauros Orientales, hunc quoque eximium scriptorem recondere compertum habebam, altera vice me transfero, jam gradum in Theologia, post ultimam manum studiis Academicis *Lugduni* impositam, in urbe patria adeptus: atque ad Gazophylacia illa viam aditumque affecto. Subnixus commendatione Vener. ac Celeb. *Fabricii*, favoreque mihi per eam parto Illustris Amplissimique *van den Bergii*, quibus publicas pro immortali beneficio grates nunc rependo, a viris Illustrissimis, qui istoc tempore curam gerebant Rei Academicæ peto, impetroyue, ut accessus mihi ad scrinia Orientis pateret, excerptumque vel exscribendi quæ in usum meum forent, potestas fieret. Persarum tunc rege, ut Lyricus ait, beatior vigebam, atque opima orientis spolia legere, domumque deportare me posse serio triumphabam.

Admissus hæc ad sacra, *Haririum* e vestigio sub oculos, sub manus, sumo, nitide et explanate scriptum, eundemque brevi, sed dilucido glossario scholiastæ illuminatum: assumto

P R Æ F A T I O.

sumto insuper fusiore Commentario *Teblebii*, qui verborum antiquissimas origines, phrasiumque natales ex intimo linguæ sinu eruens, incredibilem mihi lucem prætulit, primusque viam emunivit ad discrepantissimas significationes, quibus radices Arabicæ in Lexicis laborant, ad concordiam concentumque suavissimum revocandas. Hæ faces, quicquid tenebrarum, stilus *Haririi* grandisonus, ac mille floribus figurisque variegatus, offundebat, discutere, laborem, quem in eo, a capite ad calcem, describendo impendebam, compensante summa animi voluptate; eo quod hoc in scriptore reperirem id, quod spe atque cogitatione præceperam, eminentem et expressam imaginem priscae illius grandiloquentiæ Orientalis, qua Liber *Jobi* exaratus est, quæque in *Psalms*, in *Proverbiis*, in reliquo corpore Bibliorum, poetico præsertim, ac prophetico, tam magnifice, tamque insignite se exerit.

Hoc vero illud erat, ad quod inde a primo in hoc curriculum ingressu anhelaram,
* * quod-

P R Æ F A T I O.

quodque mihi tanquam unicam intensissimi studii scopum præfixeram, ut nempe Linguae sanctæ indelibatam illum florem honoremque, cui seculorum labentium injuria, Rabbinicæque nationis incuria multum detriverat, inde quoque pro virili restituere allaborarem, unde viros doctrina, ingenio, auctoritate principes multa felicissime illustrasse deprehendebam; ita tamen ut plura adhuc posteritati illustranda reliquerint, atque exemplo suo commendarint.

Hic si aliquid forte effeci, vel deinceps effecturus sum, id Generosissimis illis studiorum Altoribus Fautoribusque debere me profiteor, qui per aliquot annos hocce tanto munere atque beneficio me mactarunt, ut non tantum integrum *Harvium*, cum Commentatoribus, meo commodo transcribere poterim, verum etiam alia complura volumina, Linguae Arabicæ opulentiam affluentissimam simul, simul eloquentiam potentissimam admirabiliter pandentia. Horum e numero sunt, septem *Moallakat* illustrium poetarum, qui
ante

P R Æ F A T I O.

ante *Muhammedem* florere, Carmina cedro digna; atque Meccano in delubro propterea *suspensa* (id sonat vocabulum *Moallekât*) æternitatiq[ue] consecrata. Anthologia item veterum poetarum, quæ *Hamasa* inscribitur, id est, *bellica virtus*, quod in fortium virorum facinoribus celebrandis potissimum versetur: *Diwan Hudeilitarum*, sive collectio amplissima carminum, quæ principes *Hudeiliticæ* tribus, aliquot seculorum decursu, ad palmam gloriæ in gente Linguae suæ studiosissima auferendam, panxerunt: Poema *Ibn Doreidi* musco lepore tinctum, antiquasque Arabiæ Gratias ac Veneres unice redolens.

Ad hæc in usus meos derivanda non tantum me accendebant luculentissimi Commentarii, eruditione Critica referti; verum etiam *Sianharii*, præstantissimi Arabum Lexicographi, perpetua horum Fontium citatio ad verborum vetustissimas significationes adstruendas. Quicquid præterea in *Originibus* meis ex *Sianhario* illo, quicquid ex *Thiruzabadio*, quicquid aliis ex Codicibus Manuscriptis protuli

PRÆFATIO.

exemplorum, ad linguæ Hebrææ proprietatem e penetralibus Orientis revocandam, id omne ferme ex Bibliothecæ nostræ opulentissimis Gazis haustum atque expromptum est. His quum me anno præterito Illustrum Academiae Curatorum, Amplissimorumque hujus Urbis Consulum favor, propius admotum voverit, publicoque vinculo curam meam obligarit, ut quantum alterius quoque provinciæ mihi demandatæ rationes permetterent, iis in lucem proferendis interpretandisque me applicarem, sane quam opportunissimum nunc cadit, quod *Saladini Vitæ rebusque gestis*, sub prælo cum maxime sudantibus, tanquam primitias quasdam novi muneris, præmittere liceat tres priores *dissertationes Haririi*, in usum collegii Arabici, dum in illustri *Frisiæ* Academia stationem obtinerem, typis mandatas; adjunctis notis perpetuis, quibus interior vis ac medulla linguæ gustanda præbetur.

Per has si saliva moveatur Philarabibus, Academicæque nostræ juventuti, ad plures venustissimi scriptoris Confessus a me efflagitandos, desiderio isti, quam primum me *Saladinus* absolverit, respondere studebo, atque, ut ab initio deliberatum fuerat, numerum saltem denarium horum sermonum complebo. Restat ut verbulo moneam, primi Confessus accuratam et perelegantem versionem Clār. *Golio* deberi. In duobus posterioribus convertendis quod elegantix deest, fidelitate pensavi, Geniumque Orientis qua potui accurate repræsentavi. Dabam *Lugduni in Batavis*, ipsi Kalendis Decembribus, Anno MDCCXXX.

ABI MUHAMMED ELKASIM

BASRENSIS

VULGO DICTI

HARRI

DISSERTATIONES

IN USUM

COLLEGII ARABICI

E MANUSCRIPTO

EDITÆ

ET NOTIS

ILLUSTRATÆ.

المقامة الأولى الصنعانية

حَدَّثَ الْحَرْتُ بْنُ هَمَّامٍ قَالَ لَمَّا أَقْبَعَدْتُ غَارِبَ الْأَثَرَابِ
وَأَنَا نَتِي الْمَتْرَبَةُ عَنِ الْأَثَرَابِ طَوَّحْتُ بِي طَوَائِجَ الرَّمَنِ
إِلَيَّ

NOTÆ IN CONSESSUM PRIMUM.

1. أَقْبَعَدْتُ Est prim. sing.

præf. in oct. conj. a verbo قَعَدَ
sedit, confedit. Cujus derivatum
قَعَوْدٌ Camelus jam infessui ido-
neus, peperit novum verbum
أَقْبَعَدُ quod secundum Scholias-
ten proprie valet اتخذ قعودا
cepit camelum infessui aptum, eum-
que conscendit iter facturum. Accu-
ratus adhuc Tebrizi ad Hamasa
أَقْبَعَدُ أَي اتخذ مركبا
ويقال القعود الذكر
والقلوص الانثى من شواب
الابل Verbum in 8 est capere ju-
mentum vectorem. Diciturque
قلوص esse marem, قَعَوْد
sæminam e junioribus camelorum.

2. قَارِبَ Est accus. sing. in

stat. constr. demta Nunnatione,
& proprie signat gibbi camelini
verticem, idque forma part. præf.
in prim. conj. a verbo قَرَبَ
occidit sol. Absuit longius ac recessit u
suis. Peregrinatus est. Quasi dicas
peregrinantem vel peregrinatorem;

est enim gibbus Camelinus vere pe-
regrinator, absque quo nulla itinera
Orientales ineunt. Diligentius ad-
huc vim finit Scholias-ten غارب
مقدم سنام البعير واعلي
Est anterior pars gibbi Ca-
melorum قَعُ summa dorsii pars.
Consentit Tebrizius ad Hamasa
الغارِب ما قدام السنام ثم
استعير حتي قبل لاعلي
كل شي غواربه وقالوا
علت غوارب الماء والسبل
Vocatur غارب anterior gibbi
Camelini: indeque translatum est
eo usque, ut cuiusque rei verticem
summum hoc vocabulo gibbi adse-
cerint; dicentes, gibbi aquæ aut
fluxus elati fuerunt. Hinc lux non
tantum figuræ Pf. 68: 15. הרים
montes gibbosi, id est edito
vertice præditi; sed & Pf. 48: 3.
ubi נָחַף pulcher tractu vulgo,
reddendum est pulcher gibbo, id
est, vertice: nam נָחַף
in quo dissentiunt Viri Docti,
Arabibus est Camelus gibbus elatior;
quam vim illi loco alibi latius ad-
struemus.

3. الْأَثَرَابِ Est infinit. conj.

CONSESSUS PRIMUS. S A N A N E N S I S.



ARRABAT Harit filius Hemmami, inqui-
ens: Cum infedissem cameli dorsum peregrinandi
ergo, atque procul abduxisset me egestas ab
qualibus meis; jactarunt me fluctus fortunæ

A 2

usque

8. in genit. casu, cum artic. em-

phat. a rad. غَرَبَ, quæ respon-

det Hebr. עָרַב Occidit sol. غَرَبَ

عَرَب vespera عَرَبَ غَرَبَ

salix مَغْرَبَ Occidens, عَرَب

pp. Hinc succrevit potestas Oc-

cidentem petendi; longius peregrin-

andi &c. In 1, 2, & 8, conjug.

Locutio autem & structura. ad

verbum expressa sic exit, infedi

gibbum peregrinationis longioris,

quam Cl. Golius bene ad genium

Latii accommodavit.

4. وَأَنْتَنِي Atque procul ab-

duxisset me. Constat e tribus, aff.

دُفِيَ & præf. & 3 sëm. præf. in

quarta Conj. a themate نَفِيَ

procul discessit.

5. المَتَرَبَة Egestas. Articulus

præpositus amisit suam vocalem,

signo Westa superscripto, ut ne-

deretur cum voci præcedente

quod terra adhærescere faciat ege-

nam. Dicerem potius fluxisse a

formula نَسَرَبْت يَدَايَ Amba-

manus tua pulvere implantat, id

est, ne quicquam boni unquam

consequaris, qua solent in impre-

cationibus uti. Radix est نَسَرَب

pulvere plenus fuit.

6. الْأَتْرَاب Est plur. fractus

cum artic. in genit. casu a sing.

عَرَب, equalis, coætanens, quod

ab eadem radice propagatum, vide-

tur notare eum qui e pulvere, &

solo natali eodem nobiscum tem-

pore succrevit, id est, Coæterra-

neus coætanensque. Monet Tebri-

zini ad Hamasa أَكْثَرُ مَا

يَسْتَعْمَل الْأَتْرَاب فِي النِّسَاء

يَقَال هَذِهِ تَرَب فَلَانَةَ أَدَا

كَانَتْ عَلَيَّ سَنَهَا

plerumque usurpatur in fœminis,

dicuntque illa est hujus mœteris,

عَرَب, quum est ejus equalis. Non

servavit hos fines Hariri, sed ad

Viros quoque extendit.

7. طَوَّحْتُ بِي طَوَائِحَ

جَاحَتْنِي الجَاحَتْنِي jactarunt me fluctus for-

إِلَى صَنْعَاءَ أَلَيْمَنَ فَدَخَلَتْهَا خَاوِيَّ الْوَفَاضِ بَادِي
 الْإِنْفَاضِ لَا أَمْلَكَ بُلْعَةً وَلَا لَجْدَ فِي جَرَايِ مَضْعَةٍ فَطَقَّتْ
 لَجُوبَ طَرَقَاتِهَا مِثْلَ الْهَائِمِ وَلَجُولَ فِي حَوْمَاتِهَا جَوْلَانِ
 الْحَايِمِ

tuna. Proprie *impulerunt me*
impellentes casus temporis. Est

طُغْوَايِ plur. fract. a sing.

طَايِجَة, quod est part. fæm. Verbi

طَاج ex quiescentibus med.

Vav, unde etiam præcedens

طَوَحْتِ, quæ est 3 fæm. sing.

præt. in sec. conj. solet autem

verbum singulare nominibus plu-

ralibus subungi, ut חכמה בנחה

Prov. 14: 1. & alibi sæpe. Proprie-

tatem radicis enarrat *Scholias*.

يقال طاح السهم اذا خرج

علي غير قصد وناله عن

غرضه dicitur de sagitta quum nul-

lo certo sine exit, atque a scopo suo

divagatur. Apparet cum ناله

collationem institui, quod & Go-

lius fecit; cujus vis est in errore vago

ac confuso. Hinc מן Hebræorum,

cujus thema fuit מן, quamvis

& מן assumi possit, non

intelligens fuit, عقل, ut ex vitio-

so Codice Golius, sed غل va-

go & confuso more egit, ut Pocock.

in not. Misc. jam submonuit.

خَاوِيَّ الْوَفَاضِ Vacuus lo

culos, prius est part. præf. in 1. a rad.

خَوِي Collapsa fuit & inanita

domus, itemque inanis & collapsus

fuit Venter, quam principem duco

notionem a complicando & convol-

vendo desumptam, quod est in

خَوِي per Ha litteram, nam A-

rabes ventrem vacuum & longa in-

edia collapsum dicunt Complicari ac

convolvi. Sic طَوِي Complicatio

& figurate Fames, Inedia; quia in-

quit *Scolias* Hariri viscera cibo

oppleta sese explicant, vacua autem

complicantur, & alia super alia

convolvuntur. Hinc intelligetur

quid sit Danieli 6: 19. כח נח per-

noctavit jejunus vulgo, proprie

complicatus; convolutus intestina.

Alterum vocabulum وَفَاض plur.

fract. a sing. وَفَضَة phare-

tram coriaceam, & peram paspora-

lem signat, adeoque pulchre extulit

Hariri collapsus & convolutus peras

coriaceas, ut ad summam inopiam

reductum describat.

بَادِي الْإِنْفَاضِ Conspicuus

inopia, proprie Manifestus excessio-

nis. Est autem بَادِي part. præf.

usque Sanaam Arabiae Felicis. Eamque ingressus fui vacuis oculis, conspicuus inopia, haud possidens diarii quicquam, nec reperiens in marsupio buccellam. Ideoque institui peragere vias ejus instar errabundi, & obire vicos ejus ambitu sitientis avis; quærens per tractus quò prospiciebam, perque compita, quibus ibam & redibam, liberalem aliquem, cui perfrictâ fronte exponerem necessitatem

A 3

tem

in prim. conj. a verbo **بدو** apparuit. Alterum **انفاس** est infin. conj. quart. a themate **نفس** *quassit. Concussit, excussit*

נפס; ut in *priginibus* editis demonstravi. Scholias **فقر** *انفاس* وفي الحقبة نفاذ الراد وقد انفذ الرجل اي فني مراده وهو من النفذ ان ينفذ **נפס** *infir.* **נפס** *inopiam designat, vere tamen & stricte defectum viatici: & cujus commentus exhaustus est, is vero נפס, quod est tractum ab excussione, quum excutit aliquis viatici sui loculum.*

طَفَعْتُ أَجُوبَ *institui peragere;* ad verbum, *cœpi secabam.* Est enim radix **جاب** proprie *secuit.* Unde improprie *trajecis, pertransiit.* Ut apud Latinos *secare viam.* *Carpere iter, & similia.*

مِثْلُ الْهَامِ *instar errabundi* prius respondit Hebr. **הוּא** poste-

rius est part. præf. a rad. **הָאָם** med. *Fe, attonitum vagari, mentis impotem discursare.* præsertim præfisi. Illustratur hinc Biblicum **וַיִּהְיֶה**

وَأَجُولُ جَوْلَانُ الْهَامِ

Et obire ambitu sitientis avis. Proprie. Et gyrabam gyratione circumvolantis super aqua avis. Prius verbum in fut. prim. Conj. est a radice **جال** Med.

וַיִּהְיֶה *Hebr. cujus gaudium exultans debetur primitivæ notioni gyrandi, unde gyros, orbos, choreas, inter cantum saltumque, ducere, assumptum fuit.* Secundum

جَوْلَان est actio verbi, sive *gyratio* quaecunque. Tertium **جَايَم** est part. præf. in prim.

Conj. ab **حَام** Med. **וַיִּהְיֶה** *rem circumlatus fuit, præsertim volatu ut avis sitibunda & aquam appetens, nec tamen attingens.* Ab eadem radice est etiam **جُومَة** *cujus plur. sanus*

جُومَاتُهَا cum aff. *Viscos ejus hic habemus, proprie cumulos arenosos.*

الْحَيَّ وَكُرُونَ فِي مَسَارِحِ لَمَجَاتِي وَمَسَايِحِ غَدَوَاتِي
وَمَرُوحَاتِي كَرِيمًا تُخَلِّفُ لَهُ دِيَاكِتِي وَأَبُوحَ إِلَيْهِ
بِحَاجَتِي

وَكُرُونَ فِي مَسَارِحِ

لَمَجَاتِي *Querens per tractus*

quo prospiciam. Arabismus accurate expressus præbet. *Et pabularum per pascua vibraminum meorum.* Primo مراد Med. Vav, cujus fut. in prim. adest, notat *petere pabulum vel aquam, pabulum aquatumve Ivis*, a primigenia vi utro citroque commeandi & discurrendi. Heb. מרד. secundo, مسارح, est plur. fract. a

مَسْرَح, quod in Galio omisum, locus quo pastum educitur grex, pascuum amplius & luxuriosius, a سرح libere dimisit pecus, sicut luxuriare & pascere pro lubitu. Hinc explanandum

thema Hebræum pro. pulcherrime *pascuum oculi formarunt Arabes*, prout Latinis *pascere oculos* prostritum. Pro oculis porro Orator noster لَمَجَات *Vibramina* extulit plur. san. a لَمَجَة *Vibratio*, a لَمَج micuit fulmen. Unde, ad oculum magno & multo usu translatum, *Vibrantem* notat *insutum*, prout *micstantia fulmina* pepererunt *oculos micchantes* Latinorum. Referantur hæc ad ea quæ de مراد producta sunt in Originibus nostris. *Scholias.*

مَسَارِحِ لَمَجَاتِي أَي
مَوَاضِعِ تَسْرَحِ عَيْنِي فِيهَا
بِالنَّظَرِ *Pascua vibraminum meorum sunt loca ubi oculus meus contemplando libere pascitur.* Multo venustissime poeta Arabs a *Tebri-zio* citatus ad *Hamasa*.

وَاذَا سَرَحْتَ الطَّرْفَ حَوْلَ قَبَابِهِ
لَمْ تَلَفْ إِلَّا نَعْمَةً وَجَسُودًا *

Quod si oculum libere pastum dimiseris circa ejus tentoria

Nil obvium habes nisi Opulentiam & Invidos

وَمَرُوحَاتِي | وَمَسَايِحِ | غَدَوَاتِي *perque compita*

quæ

tem meam; vel literatum, cujus conspectus discuteret moerorem meum, cujusque oratio restingeret ardentem sitim meam.

quibus ibam & redibam. Ad verbum, perque spatia pastuum meorum matutinum ac vespertinum. *مسايح* est plur. fract.

a *مساحة* spatium quo quis excurrere & evagari possit; a verbo *ساح* Med. Je, hinc illuc evagari & obire terram. Forma hæc in *Golio* non prostat.

مُدَوَات est plur. sanus a sing. *مُدَوَة* quod est pro *مُدَوَة*

a them. *مُدَا* matutino tempore exivit, oppos. *مَرَاَح* vesperti-

no tempore rediit. Unde *مُرُوحَة* actio, cujus plur. san. hic adest, Est autem formula *مُدَا وَمَرَاَح*

Mane exivit & vespere rediit, quæ vitæ functiones omnes exprimit, indeque apud *Golium* *لا تترك من*

أبيه مغدا ولا مراجا Per omnia similis est patri suo: proprie, Non deseris patrem neque in itin matutino, nec in vespertino reditu. Sic Hebræi ire

& redire *אָבא אָבא* usurparunt pro functionibus omnibus. Conf. Deut. 28: 6. & 31: 2. & 1 Reg. 3: 8. & præsertim Num. 27: 17. unde liquet tum in pastore, tum in græge locum invenire.

أَخْلَفَ لَه دِيْبَا جَتِي

Cui frontem meam perfricarem.

proprie, *Cui pannum meum sericum detererem.* Est autem *دِيْبَا جَة*

vestis serica, a *دَبَج* finxit pinxit-que figuris, honeste translata ad gemas, & frontem mollem atque ingenio pudore præditam, quam eleganter inducit detritam in eo qui rogatorem & mendicum agere cogebatur. Radix *حَلَق* levis, glaber suis, media Dammata; & inde trita suis vestis. In quart.

أَخْلَفَ detrivit vestem, unde futur. nostrum. Probe tamen notandum proprietatem thematis sitam esse in glabro & levi, quale est Saxum *أَخْلَفَ* undique leve, glabrum, nitidum, fissura, fractura, cavitatis expert, ut Critici declarant. Similis est vis & ratio

in *خِلَاقَة* lapillus levis,

cujus plur. san. *خِلَاقَات* est in *Diwan Hudeilitarum*, *مُخْلَوْلَق* etiam, partic.

duod. conj. ab *Ibn Doreid* adhibetur pro Saxo glabro undique & lubrico. Ex quibus jam quid Hebræis proprie fuerit *פֶּלֶא* & *פֶּלֶא* ad liquidum perducipotest. *E lapillo levi*, qui *פֶּלֶא*, succrevit notio dividendi parti undique, per sortem proprie & *פֶּלֶא*: dein latius. Sed hæc longiorem discussionem requirunt.

بَحَلَجَتِي أَوْ أَدِيَا فَرَجَ رُوِيَّةَ غَمَّتِي وَتُرَوِي رُوَايَةَ
 غَمَّتِي حَسِّي أَدَتِي خَاتَمَةَ الْمَطَافِ وَهَدَّتِي فَانَجَّةَ
 الْأَطَافِ إِلَيَّ بَانَ رَحِيْبٌ مُحِبُّو عَلَيَّ رَحَامٌ وَنَجِيْبٌ
 فَوُجِّعَتْ

فَرَجَ رُوِيَّةَ غَمَّتِي

cujus conspectus discenteret mœrorem
 meum. Prius فَرَج in fut. act.

fec. conj. est a rad. فرج fidit,

& findendo aperuit. Inde Metaph.
 discussit anxietatem, quæ veluti
 obstruebat & praecludebat spiritum.
 Ea utique est vis vocalæ غمة mœ-

ror angens & præfocans, a غم

mœrore oppressit intercluso spiritu,
 ex deficientibus secunda radicali.

روية Waw pro Eliph posito ob
 præcedens Damma, est a rad.
 رأى vidit رأي

وَتُرَوِي رُوَايَةَ غَمَّتِي

cujusque oratio reslingeret arden-
 tem sitim meam. Verbum روي

ex quiescentibus tert. ejusdem est
 indolis ac تر irriguus, potu ex-
 pletus fuit. Et transitiva notione
 satiavit, potu, rigavit. Inde ligni-
 ficatio 4 apud Golium nata, retu-
 lit aliquid, & aliunde haustum de-
 rivavit ad aliquem eum recreaturus.
 Id est مرواية, proprie appor-
 tio aqua aliunde hausta, ejusque

propinatio. Figurata Oratio sacun-
 da, narratio delectabilis. Pulcher-
 rime luditur in مرواية ترووي

Oratio sacunda quæ irriget. غلة
 sitis ardor ac vebementia est a غل
 ex def. 2 rad. cujus 6. sign. apud
 Golium ponitur forma passivi, Ar-
 dense sibi laboravit. & 4 sign. acti-
 va siviuit non expletus potu; quo
 pacto incidit in eandem potesta-
 tem cum عل, quod est Hebr.
 על; quo de Origines nostræ ade-
 antur.

خَاتَمَةَ الْمَطَافِ Extremum

circuitus. Est proprie part. fœm.
 a خاتم omni sigillans, cujus ra-
 dix ختم omni obsignavit. jam

qui aliquid obsignat, is finem rei
 imponit, unde invaluit خاتمة
 الشئ Rei cujuscumque ob-

signatorium, sive actio obsignans
 pro extremo: ut schol. monet.
 Sic Cocc. sumit Dan. 9: 24.
 חתום הנביא לחתום נביא וחון
 eum modum Muhammed semet
 חתום הנביא خاتم النبيين
 Sigillum Prophetarum insignivit
 Alcor. Sur. 33: 40.

فَانَجَّةَ

am. Donec tandem adduceret me extremum circuitus, & perduceret anspicium blandæ percunctationis ad conventum amplum, constantem mutuâ *hominum* compressione & ejulatu. Cum itaque intrassem intimum turbæ, ut cognoscerem causam illius fletus; conspexi in medio cycli hominem

B

minem

فاتحة الألفاظ *Auspicium*

blandæ percunctationis. Prior vox iterum est in part. præf. scem. a فتح *aperuit*, quasi, *aperiens actio* cujuscunque rei, *initium latum*, *auspicium*. *nat. itoxen* الفاتحة *Aperiens*, *Auspicans* dicitur, *prima Corani Surata*, unde usus latus sese diffudit. Posterior vox الالاف *est genitiv. infinitivi 4 conj. a themate لطف* *subtilis fuit cum elegantia*; unde الالاف *subtiliter* *in blande rogavit*. Sic explicatur a *Tebbio*, quo usum esse etiam *Cl. Golium* ex brevibus Scholiis, animadverto: Is enim monuit quoque, alios legere per *Phata*, الالاف, ut sit لطف جمع pluralea لطف *gratia*.

محتو علي رحام

و نحيب *Constantem mutuâ com-*

pressionem *in ejulatu*. Ad genium Arabismi perspicendum verti deberet, *complicatum*, *convolutum*, *in se collectum super compressione*

in ejulatu. Radix حوي *convolvi compingi cum convolutione*. Inde جي *pudore affectus fuit*, ab illa *convolutione*, qua in *Alcorano* est لحيي *quisquilis convoluta*, aridæ, fuscæ. Alio canali حي *vixit*, *vivax fuit*. a *compactione*, & *coagmentatione vitali*, quæ omnem *dissolutionem* impedit. حوي *etiam est comprehendere & complecti sermone*. Unde quid *mn sit*, & quid differat a *mn*, quamvis eadem stirpeteneatur, liquere potest.

الغابة الغابة أجمع *intimum turba*.

Scholion *Cl. Golii* monet, vocem غابة proprie notare *interiorem* *in densam silvam*. Id plenius perspicietur ex *Tebbio* اصل

الغابة الشجر الملتف سمي بذلك لانه يغيب فيه من

يدخله *In radice غابة signat*

arbores implexas, quod lateat ibi, qui illas intret. Descendit a غاب

media *Je*, quod est *in denso* *in obscuro delituit*. Inde illustratur Hebræo-

فَوَلَجَتْ غَايَةَ الْجَمْعِ لِأَسْمَرٍ مَجْلِبَةٍ أَلْذَمْعِ فَرَأَيْتُ فِي
 بَهْرَةِ الْحَلَقَةِ شَخْصًا شَخَبَ الْخَلْقَةَ عَلَيْهِ أَهْبَةُ السِّيَاخَةِ
 وَلَهُ مَرَّةٌ النَّيَاخَةِ وَهُوَ يَطْبَعُ الْأَسْجَاعَ بِجَوَاهِرٍ لَعُظِهِ وَيَقْرَعُ
 الْأَسْمَاعَ بِزَوَاجِرٍ وَعُظِهِ وَقَدْ أَحَاطَتْ بِهِ أَخْلَاطُ الرَّمْرِ
 أَحَاطَةُ الْهَالَةِ بِالْقَمَرِ وَالْأَكْمَامِ بِالنَّمْرِ فَدَلَعَتْ إِلَيْهِ
 لَأَقْتِيسَ

bræorum ٢٥. Eleganter cum hac
 densa & obscura sylva turba con-
 junctum & verbum ولج quod
 proprie valet intrare latibulum.

لَأَسْمَرٍ مَجْلِبَةٍ أَلْذَمْعِ

Ut cognoscerem causam illius fletus.
 Ad verbum, Ut pertentarem at-
 tractricem lacrymæ. Id est causam
 quæ lacrymas excuteret & evocaret.

Sic Scholiastes مَجْلِبَةٍ exponit,
 attrahentem جالب ما يجلب
 causam, quæ trahat & eliciat. In
 Conf. 29. noster تربتي بالخان Moravi meum in

diversorio, attractrix causa ignomi-
 niæ. In plur. محالبي وفاتي
 attractrices causa mea mortis. Ra-
 dix جالب in eundem usum long-
 e lateque se admittit. Avicen.

يجلب النعاس trahit somnum
 يجلب الهرم trahit senium.

In sententiis Erpenii Num. LXXXII,
 Nimis frequentare homines نجلب
 trahit malum.

Hinc derivaverim نلب Ezech. ٤: ١.
 Tonfor, vel verius Rator, qui in-
 ter radendum نلب ورم attrahit
 & elicit sanguinem. Aliter Cl.
 Hott. in Smegm. Ceterum سمر

pertentavit, grave est & pervenu-
 tum in hac sede verbum, cujus
 vim ita pandit Scholiastes يقال
 سمريت بقرح اذا ادخلت فيه
 سمره dicitur ميلا لتقيس عمقه
 vulnus, quum immittis in illud
 specillum Chirurgicum, ut explores
 ejus profunditatem. Hac vis li-
 quido se exerit in سمر per Sin,
 Nebem. 2: 13, 15 ubi aqua hæret
 Viris Doctis.

وَلَهُ مَرَّةٌ النَّيَاخَةِ Et clam-
 gentem lamento. Accuratus ex-
 pressum sonat, Et ei tinnitus la-
 mentationis sonet. فليو مَرَّةً
 Hebr.

minem extenuato corpore, instructum apparatu itineris religiosi, & clangentem lamento, dum exprimeret rhythmicas sententias exquisito sermone, pulsaretque aures minis hortationis suæ. Cingebant verò illum mista genera agminum sicut circumdare solet halo Lunam, & tegumenta suos fructus. Igitur ubi proripui me ad illum,

B 2

ut

Hebr. רנה proprie signat sonum | *evibravit in eum aciem oculorum*
tremulum simul & *tinnulum*, qua- | הרנש. Hæc est metaphora, citra fi-
lem edit arcus, *jacta sagitta*. Idem | גלין רנה. Hæc est metaphora, citra fi-
valet in origine רנה מרנא, unde | אשפה. Arcus hinc מרנא
חנבן רננה exponitur חנבן | dictus, ad cujus originem a *tin-*
tinnula vox. Inde רני אלה | *nulo gemitu* delicatissime allusum
defixis oculis inbasit ei. Proprie | ab Ibn ElRoumi, hoc versiculo
amatorio.

تشكي المحب وتشكو وهي ظالمة

كالقوس تصمي الرمايا وهي مرنان *

Querulum reddit amatorem, queriturque, ipsa licet ladens:
Ad instar arcus, qui pradas confgens, tinnulum ipse gemit est.

Indoles radicis *tinnulum* & *tremulum* suum sonum ad letas quo- | *infixit mergenao*. מרגע annulus si-
que *cantillationes* applicari finit : | gillatorius, qui mergitur in lutum si-
unde רננה שפה Ps 63: 6. Magis | gillare. Hinc طبع *obsignavit*. طابع
tamen inclinatur in *tinnitum gemitum*, ut Ps. 17: 1. & alibi | *figillum*. Succrevit porro طبع
sepe. | *signavit ensen*, id est *cu-*
dit, *impressa nota fabri*, prout

وهو يطبع الاسجاع بجواهر

لفظه Dum exprimeret rhyt-

micas sententias exquisito sermone.
In Arabico est, *Et ipse procudebat*
rhythmos margaritis eloquii sui, sup-
ple, confertos. طبع Hebraice מרגע

etiam in *eusa moneta* teritur.
Inde videtur dictum *cadere rhyt-*
mos. Scholiastes tamen طبع
nostrum declarat ويرين
كانه طبعها بطابع *obsigna-*
bat & *ornabat*, ac si *signaret illos*
annulo signatorio. Tunc جواهر
plur.

لَا قَتَبَسَ مِنْ فَوَائِدِهِ وَأَلْتَقَطَ بَعْضَ فَرَائِدِهِ فَسَمِعْتُهُ
يَقُولُ حِينَ خَبَّ فِي مَجَالِهِ وَهَدَّرَتْ شَفَاثِفُ أَمْرِ نَجَالِهِ
إِيَّاهَا

plur. fract. a جوهرى notaret *gemmas, σφαιρίδας*. Sed *margaritarum* significatio & crebrior, & congruentior. Jocularis est, quod *Salmasius* in *Exerc. Plin.* p. 181. & 790. pro *jocale*, vel *jocarium* inferioris Latinitatis detortum velit, merito reprehensus a *Vossio* ad *Mel. L. 1: 15.* qui a *præstantia* *nitioris* sub them. جهرى derivat.

اجاطة الاكمام بالتمر

Sicut circumdare solent tegumenta suos fructus. Dubium esse nequit, quin ad admirabilem illum, & Orientalibus gratissimum fœtum *palmarum* respiciatur. كَم enim, a

كَم operuit, specialiter designat *involutum* *florum palmarum*, ut *Golini* in *Lex.* notavit, sive *elaten*. 'Ελάτη, quæ & σπάθη *Spatha*, non *florum* tantum *involutum* in *palma*, sed & *Dactylorum* designat. Utrumque alias طلع appellatur.

Masculæ palmarum creant *flores*; *femellæ dactylos* pariunt. Admirabilem sese præbet natura, in hisce fœtibus grandi theca & *involutum* claudendis, usque dum *primarudimenta dactylorum* in *femellis*, polline *florum* e *Masculis* adspargenda veniant, atque vege-

tanda. non patiuntur angusti, quibus hic constringimur, cancelli, in lætum illum latumque campum exspatiari, quo vocibus & phrasibus lectissimis Arabum universa *Historia Naturalis palmarum*, egregie instrui, & claro in lumine collocari posset.

Us pro- لا قَتَبَسَ مِنْ فَوَائِدِهِ

ficerem ex salutaribus ejus monitis. Radix قَتَبَس, unde fut. in 8. conj.

præ manibus est, significat accendere ignem ab alterius igne, a قَتَبَس torris ardens, aut simile quid, a vicino sumtum, ad ignem succendendum. مقباس idem.

Inde pulchre enata vis discendi, itemque docendi, in utroque enim est lumen de lumine propagatum. اقْتَبَس in 8. est rogavis

torrem aliudve quid, ad focum suum instruendum: & figurate scientiam doctrinamve alterius expetiit. in altero etiam vocabulo فَوَائِد,

plur. fract. a فائدة commoditas utilitas, genius linguæ speciatim assumsit monita & præcepta salutaria. Est autem فائدة proprie part. fam. a فاد media Je, juvit commoditate, & opportunitate omni- præcipue autem اَوَان in 4. conj.

contin-

ut proficerem ex salutaribus monitis ejus, atque colligerem eximia quædam ipsius dicta; audiebam illum dicentem, cum jam incitator esset in instituto suo, sona-

B 3

na-

contulit ei quod juvaret, frequentatur pro correxit, docuit, salutaribus monitis juvis. Et in 10. استغفار منه adjumentum ex eo petiit, aut percepit, est ab eo edoctus, in omni scientia institutus fuit.

Atque والتقط بعض فريدة

colligerem eximia quædam ipsius dicta. فريدة plur. fract. a فريدة

proprie Unio, qui & فريد, a فرن

unicus, singularis fuit. a generali potestate separandi, quam Hebræi quoque tenent sub מור. Scholion Cl. Golii, & auri segmenta docet significari, qualia interponi solent margaritis. Sic Teblebius methusic exponit شذور الذهب

تجعل فاصلة بين الجواهر

Segmenta auri, quæ media inseruntur inter margaritas. Sed quidni margaritas ipsas intelligamus, earumve baccas grandiores, quas speciatim Uniones vocitant; فريدة

μοναχα Græcis recentioribus. Uniones autem posuit Haririus, ut quilibet facile advertit, pro splendidis & eximiis dictis; quem tamen usum figuratum etiam illa segmenta aurea recipere possunt. Pro Scholiastis mente facere videtur formula لقط المعدن particule auri quæ in fodinis colliguntur.

Massulæ & globuli ab ipsa natura

formati. Hinc ansa porrecta, verbum التقط hic adhibendi, quod alias paulo in se vilius, splendorem nunc sumit, & ramentorum, vel massularum aurearum spicilegium peculiariter exprimit, ingenio prædivite illius, qui loquens inducitur, cum معدن aurifodina comparato. لقط est Hebræorum מלך rem bumi abjectam rapuit & collegit. plerumque, ut dixi, vile, & in vilibus; conspirante usu Biblico: sed quod ad rara, cara, pretiosa tamen nonnunquam sefe traduci patiatur.

Incitator خب في مجاله

esset in instituto suo. proprie, curreret solutim in circo suo. Metaph. ab equis, & equestri cursu. Ex Teblebio disco, Philologos Arabum discordare circa خب seu خب, quæ est actio verbi خب, aliosque cursum incitatissimum exponere, alios متوسط سبى medium quandam currendi modum. In Lex. Golii solutim incedere declaratur; unde solutifugientiam dixit Vetus Poeta. مجال circus, & campus certaminis, descendit a جال, quod est نا gyrauit.

وهنرت شفاشف امرتجاله

Sonarentque e pectore prolata extempora-

أَيُّهَا السَّادِرُ فِي غُلُوِّهِ السَّادِلُ ثَوْبٌ خَيَالِيَّةٌ الْجَمَاعُ
فِي

ar. رجال *poranea orationis verba.*
infin. in 8. a رجل *pedes suit,*
ar. رجل *pedibus adstitit.* ٧٦٦. Inde
extemporaneam habuit orationem,
praesertim, rhytmo aut carmine
fluentem, quum verba quis fun-
dit, aut verlus, stans pede in uno,
ut de Lucillio imitator Horatius.
شقاشق est plur. fract. a
شقاشقة aliquid simile pulmoni,
quod oestro percitus camelus ex ore
emittit. Inde transfertur ad clamo-
res acres et intentos, ansa arrepta
a camelo, acrius tunc et altius
harritum reciprocante, quod est
هدى. in *Hist Tamerl* p. ٢٨. est,

conticuere خرسى شقاشقة
ejus intenti clamores. Eleganter,
ut solet Haririus, ex intima pro-
prietate linguae, conf. 29. فلما
قوت شقاشقة الهامى Cum-
que refrigeratus esset pulmo ejus bar-
riens. Cum ardor orationis, qua
tragicum desaveibat, refedisset.
Dignissimum est Scholion Teble-
bii, quod integrum hic exhibeatur.

شقاشقة هي النفاخة يخرجها
فحل الابل من حلقه عند
هيجانه يرجع فيها هديره
ويقال للخطباء ذوي

شقاشق لتشدقهم في الكلام
ويقال للصبح هدرت
شقاشقته والصبحا هرت
شقاشقة *Vocabulum* الشقاشق

notat pulmoneam quid, 'quod ad-
missarius camelus e gutture suo pro-
mittit, quum aestuat, et quo barri-
ritam suam ingeminat. Hinc Ora-
tores vocantur Domini pulmonum,
quia inter differendum os dilatant
flectuntque. De Eloquentie etiam
dicitur, barritum propendulus ejus
pulmo, item Eloquentes appellan-
tur latiore rictu praediti cum pro-
pendulo pulmone.

أيها السادر في غلوائه
O Tu qui attonitus in insolentia tua.
Vim tu saderi part. praef. in prim.
a them. سدرى, egregie pandit

السادر الراكب Teblebius.
هواه الذي لا يردده شي
والسادر المتحجر يقال
للذي يطبل النظر الي الشمس
حتي يتحجر بصره قد سدرى
Sadir est libidine
sua avectus, quem nihil refrenat:
proprie

narentque è pectore prolata extemporaneæ orationis verba: O tu, qui attonitus in insolentia tua, laxas ves-

stem

proprie autem est attonita mentis vertigine affectus. Dicitur nempe de eo qui diutius solem intuens vertigine & caligine corripitur oculorum Sadara, ejusque participium Sadir. Sic apparet attonitum talem hic intelligendum, qui libidine Cæcus & præceps fertur, præstri-ctus quasi fulgore felicitatis suæ, quæ ei caliginem simul & vertiginem offudit. Alterum vocabulum غلواء a Rad. غلا ultima Waw in Goliano Lex. exponitur celeritas & initium juventutis. Id obscuriusculum. Intellige ferociam, petulantiam, insolentiam, quæ præservidæ isti ætati potissimum inest. Latius tamen vis patet, prout غلا generatim notat excessum modum in omni re. Inde غلواء

proprie, secundum Scholiasten est ارتقاع للشعر ولججاق فيه من غلا في الامر ومنه قولهم غلا الشعر اذا ارتفع وقال ابو البقا الغاوا نشاط الشباب Efferre se in malum, eique importunius deditum esse, a' eo quod dicitur excessit modum in re aliqua. Inde & dicunt غلا الشعر præteritum excrevit ultra modum; auctor est Abulbeka speciatim hac voce signari petulantiam juvenutis præ stultitia & nimia alacritate. Apud Hebræos verbum גלה exsuperavit, excrevit, adjecit, etiam

de flumine supra rivas intumescere. Inde profluxit notio ebullendi exstnuandique, sub غلا, omnisque excessus, præsertim illius, qui cum importunitate & insolentia juvenili est conjunctus. Hoc paulo pluribus deduxi, ut lux accederet Hos. 13: 9. ubi גלי קרח בני vulgo capiuntur, tanquam בני חלחל filii iniquitatis, quum sint filii insolentia, & ferocis indomitæque erga Deum protervia. Porro غلا est confiatum ex אי קח-קח, & הa particula excitantis age, heu. Denique aff. 3. in 3. persona spectat ad secundam, Quinquies heu qui vertiginosus in insolentia sua, id est, tua. Conf. Job. 18: 4. נששו כאפו חלמנן שרף גלה. Ubi plura notavi.

السادل ثوب خباليه

Laxans vessem imaginationis suæ. Ita proprie sonant, quæ Golius ob elegantiam Latini Sermonis paulo rotundius estulit. سدل est laxavit, & flaccidum fuit; speciatim vestem, quod est delicatiorum & superborum, Syrma trahentium. Inde hic metaphora, خباله est a media Je, imaginari, superbire, præsertim, vana & falsa persuasionem atque imaginationem; ut apud nos quoque imaginari est stulte superbire.

الجامح في جهالاته

Fre.

فِي جَهْلَانِهِ الْجَانِحِ إِلَى خُرْعِلَاتِهِ أَلَمْ تَسْتَمِرَّ عَلَيَّ
 عَيْكَ وَتَسْتَمِرِّي مَرْعِي بَعْبِكَ وَحَتَّامُ تَنْتَاهِي فِي نَرْهَوِكَ
 وَلَا تَنْتَهِي عَنْ لَهْوِكَ تَبَاهِرُ بِمَعْصِيَتِكَ مَالِكَ فَاصِيتِكَ
 وَتَجْتَرِي بِقَبْجِ سَيْرَتِكَ عَلَيَّ عَالَمِ سَرِيرَتِكَ وَتَتَوَارِي عَنْ
 قَرِيبِكَ وَأَنْتَ بِمَرَأِي مَرْقَبِيكَ وَتَسْتَخْفِي مِنْ مَمْلُوكِكَ
 وَمَا تَخْفِي خَافِيَةً عَلَيَّ مَلِكِكَ أَنْظُرْ أَنْ سَتْنَعُكَ
 حَالِكَ إِذَا أَنْ لَمْ تَحَالِكْ أَوْ يَنْقُدْكَ مَالِكَ حِينَ تَوْبُقُكَ
 أَعْمَالِكَ أَوْ يَغْنِي عَنْكَ نَدْمُكَ إِذَا نَزَلَتْ بِكَ قَدَمُكَ أَوْ
 يَعْطِفُ

Frenum mordens in stultitiis suis.
 Ita ad verbum. Thema جمع

frequentatur in equo refractario,
 & sessorem excutiente; unde porro
 precipitem ire, & ruere, itemque
 resistare, & tardum esse; sic ut
 fiat, monente Scholiaste, من
 الاضداد *ex iis quæ contraria pol-*
lent significatione. Sed est hoc
 commentum Grammaticorum;
 quum nullum vocabulum per se
 unquam album simul & nigrum
 eodem sub aspectu indicare queat.
 Casu talia nascuntur, quæ diffi-
 dere videntur imperitis, sed re-
 vera pulcre concinunt ac conspi-
 rant in sua Origine. Exemplum
 habemus luculentum in verbo no-
 stro, quod prima fronte discre-

pantissimas notiones precipitandi
 & resistandi, in concordiam re-
 ducit ope morfi ab equo freni, quam
 contumaciam nunc precipitatio
 nunc resistatio comitatur.

الجانح الي خرعلاته

Propensus ad ineptias suas. Conti-
 nuatur in priori vocabulo me-
 taph. ab equo contumaci, cujus e-
 tiam est جناح *inclinare* in latus,
 & *despectere* a via. Derivatum
 جناح *crimen* signat, ad quod
 etiam tacite alludit. خرعيل
 & foemin. خرعيلة *ludicra & futi-*
lia quæque. Scribitur etiam خرعيلة
 in Camus, atque secundum Schol.
 notat

item superbiæ, & præceps fereris in multiplici amentia propensus ad ineptias! Quousque persistes in delicto tuo,

C

gra-

notat proprie **ما يترأى للانسان** *etiam dæmones dicuntur reprobos*
لخبره في نومه بالخبال *propendula coma appre-*
benfos, in gehennam trahere. Apud
Hebræos נחש est pluma copiosior.
Coma. Casaries. Inde נחש & נחש
risari. dimicare. proprie capronis
invicem prebensis, vel & arreptis
plumis, ut solent galli gallinacei.
Arabice in 3 conj. ناصا digla-
diari antiis prebensis; quod deinde
latius ad omne certamen se exten-
dit. Plokhairē.

Qui prebensam

tenet frontis tuæ comam. Egregia
 imago, & digna quæ illustretur.
مالك part. præf. **ملك** possedit,
 dominio tenuit **תנו**. Alterum

ناصبة est coma propendula fron-
 tis, capronas promissas vocat Apul.
 נחש. Inde figura pervenuista dixe-
 runt **אخذ בנאصبته** Tenet comam
 ejus propendulam, pro, habet eum
 in sua potestate, proque arbitrio eum
 ducit, reducit, circumagis, instar
 alicujus mancipii, aut jumenti.
 Ex Alcorano citat Schol. simile di-
 ctum, **ما من دابة الا هو**

اخذ بنאصبته Nullum est ju-
 mentum, cujus non capronas ipse
 teneat. quod declarat **انها بقبضه**
وملكه وتحت قهره و **وسلطانه**

Ea esse sub ejus manu **في** regno,
 atque adeo potentissimo imperio.
 Pulchre Algalalus in *Via ad Pa-*
radisum **فان القلوب والنواصي**
ببده **فهو يميل اليك القلوب**

Nam corda **في** caprona sunt in manu
 ejus, **في** ipse corda omnium tibi com-
 ciliabit &c. &c. &c. In Alcorano

يغني عنك قدمك sufficiat pro

te pœnitentia tua. Verbum **غني**,
 cujus fut. in 4. præ manibus est,
 in Golio exponitur, **Contentus suis**
aliqua re, **في** pro sufficiente sibi eam
 habuit, baud indigus alterius rei.
 Est notio prægnans, quam & He-
 bræi adoptarunt sub suo נחש re-
 spondit; cum quo **غني** conferri
 debet, licet **عني**, Ain non pun-
 ctato, etiam magnam partem si-
 bi vindicet. Sic **علي** & **علي**
 pro **למי**, aliaque plura, de qui-
 bus alias commodius. Respondere
 in hac structura, valet sufficere **في**
 explere omne illud quod requiri pos-
 sit: quod enim deficit & desinit,
 est ac si non responderet: contra
 respondere eleganter dici potest,
 quicquid expectationem complet
 & cumulat. Conf. Hof. 2: 20, 21.

נרלט בכי قدمכי sefellert te

lof su

يَعْفُفُ عَلَيْكَ مَعْشَرَكَ يَوْمَ يَضْحَكُ مَحْشَرَكَ هَلَّا هَلَّا
انتَهجت

lapsa pes tuus. Est pertrita Orienti figura, qua *offensio & prolapsio* in peccatum exprimitur: cuius contrarium est ثبت قدمه *firmus stetit pes ejus.* Sic *Alcoran. Sur. 3: 141.* Domine condona nobis crimina nostra, & quicquid modum excessimus aspiciam, وثبتت باطبي جاش *stabilit pedes nostros.*

Aliquando gressus & pes stabilis adhibetur pro fortuna bene stabilis ac fundata, & contra pes fallens labensve. Iterum *باطبي جاش* perquam bono animo, ac firmo pede in *Hist. Tamerl. 105.* signat firmitatem intrepidam. Quæ omnes formulae in Psalmis & alibi passim quoque reperiuntur.

او يعطف عليك معشرک

Utis vicem tuam doleat sociorum turba. يعطف fut. in 1. Conj. a

flexis, reflexis in se & duplicavit. Item intransitive, *reflekti.* id *inflekti* non tantum propiciam & propensum esse, cum temera affectione, infert sæpe, verum etiam condolere, ut hic. Sic *inflekti* super aliquo apud *Sidon. ep. 1: 7.* est misericordia affici. Quin & apud *Cic. post Red. ad Qu. c. 2.* Frater erat unus qui suo squalore vestros oculos *inflekeret.* Non ergo ficta est hæc

significatio Arabica, ut *Celeb. Vir.* putabat ad *Esaj. 57: 16.* ubi *Lud. Capel.* *אפף* tentabat vertere miseretur: quamvis versioni ejus non subscribam. A *flexendo*

אפף est *عطاف* amiculum, vestis exterior, diversimode flexa & corpori aptata, ab usu speciali & signato in 2. Conj. quo *عطف* reflexis, circumflexis

valet, amiculum suum obliquavit, & flexu sinuque diverso accommodavit ad corpus, id totum involvens & operiens. Hinc cognoscitur, quid Hebræis fuerit *אפף*, inter vestimenti vocabula hætenus non factis definite & enucleate perceptum.

Insignis figura est in *Pf. 65: 14.* *Valles* *בין* *אפף* circumamiciunt se frumento. ut apud *Claud.* alicubi est viridis amictus montium. in *Apul.* extat purpureo nitore prata vestire, & apud *Liv.* quoque virgultis vestiri. Porro a circumamiciendo & sic penitus involvendo subnata est notio deliqui, quum animus implicatus undique & obrutus tenetur; cum caligine oculis offusa.

Obscurum est quid sibi velit *Joh. 23: 9.* *אפף*, In animadversionibus id dedi *deslekti* ad dexteram. Nec poenitet observationis, quum haud dubie primaria sit potestas totius thematis; sed curæ posteriores adhuc uberius aliquid, spero, subministrabunt. Vocabulum *معشر* *turba sociorum* descendit a

gratumque habebis pastum proterviæ tuæ? & quamdiu ad summum perges placere tibi, nec tamen abstinere à ludicro tuo? Opponis te contumaciâ tuâ illi, qui prehensam tenet frontis tuæ comam. Et peccare audeš turpitudine vitæ contra eum, qui novit arcanum tuum. Et subducis te oculis propinqui tui, ubi sub conspectu es observatoris tui, & latere cupis servum tuum, cum haud lateat abditi quicquam dominum tuum. An putas fore, ut profit tibi status tuus, quando advenerit tempus migrationis tuæ? vel ut eripiant te opes tuæ, ubi te exitio dederint opera tua? aut ut sufficiat pro te poenitentia tua, postquam fefellerit te lapsu pes tuus? utve vicem tuam doleat sociorum turba, quando comprehenderit te

C 2

con-

عشر *decimum esse* *con-*
mare. in 3 conj. عشر *confortio*

jungi, sodalitatem inire; quæ no-
tio nata est ex ritu veteri, quo
sodales prædam partiti vi jacta sorte,
decem faciebant portiones, quas
totidem sagittis sortilegis adhibitis
distribuebant. Illæ *portiones* vocan-
tur *اعشار*, & *sodalitas* tali *con-*
sortio juncta appellatur *معشر*,

unde porro latius quamlibet *soda-*
litatem exprimit, ut *confortium*
Latinorum.

يوم يضمك محشرى

quando comprehenderit te congrega-
tionis locus. Diem judicii appel-
lant solenni formula *الحشر* يوم
diem congregationis. Inde *محشر*

Locus & tempus congregationis heic
Tribunalis ultimi solennitatem sig-
nat. Omisſam in Lexico vocem,

appendici inseruit Cl. Gol. Signa-
tum & elegans in hanc rem est
verbum يضم fut. in 1. a ضم
in fasciculum colligatis & conſtrin-
xit. Id Hebræis etiam fuit *מִשְׁרָא*,
indeque manſit *מִשְׁרָא* *comma*, pro-
prie *plexa*, *πλόκαμος*. Ergo felici-
ter Cocc. in Lex. convenire su-
ſpicatur cum Chald. *ܡܫܪܐ* *con-*
ſtrinxit. Quid *ܡܫܪܐ* ſit, ad *Jobannem*
diſquiretur.

לא לא Cl. Golius Annon? in

Lexico particulam hanc exponit
agedum, adesdum. Nempe ut Schol.
notat, *לא תחזיץ עלי*

לא תחזיץ עלי Halla est in-
ſtigationis ad opus & excitationis
ad illud. Nec tamen male Golius
dedit *An non?* est enim compositum
ex *an* & *לא* non: di-
cuntque *An non facies hoc?* quum
ad opus inſtigant.

اتَّهَجْتُ مَحْجَةً أَهْتَدَايَكَ وَعَجَلْتُ مَعَالِجَةَ دَايَكَ
وَقُلْتُ شِبَاهَ ائْتَدَايَكَ وَقَدَعْتُ نَفْسَكَ فَهِيَ أَكْبَرُ
أَعْدَايَكَ أَمَا الْحَمَامُ مَبْعَادُكَ فَمَا أَعْدَاكَ وَبِالْمَشِيبِ
أَنْذَارُكَ فَمَا أَعْدَاكَ وَفِي اللَّحْدِ مَقِيلُكَ فَمَا قَبْلُكَ
وَإِلَى اللَّهِ مَصِيرُكَ فَمَنْ نَصِيرُكَ طَالَ مَا أَبْقَطَكَ لِلدَّهْرِ
فَتَبَاعَسْتُ

اتَّهَجْتُ مَحْجَةً أَهْتَدَايَكَ

incedas aperta via, qua te recta ducat. مَحْجَةٌ est *via regia*, qua tenditur *ad sacra celebranda*, quod est *المنهج*. illi *via regia* proprium est *نهج*, *cujus* oct. conj. prae manibus, Hebr. *נרא* monstravit & praeivit rectum tramitem ac viam regiam. Inde اتَّهَجُ est *incedere per viam regiam*. اهتداء infin. 8. conj. ab هدى recta duxit. Ergo structura exquisita verborum se invicem sustinentium & adjuvantium hanc praebet sententiam, *An non incedis regia via recti ductus tui?* Latinius, *Quin incedis!*

وَقُلْتُ شِبَاهَ ائْتَدَايَكَ

Et retundis aciem iniquitatis tuae! Insignis figura. شِبَاهٌ est *acuminata cuspis*, praesertim *aculeus* scorpionis. Homines nequam & iniqui

sunt *scorpiones*. *Scorpiones* item vocant *virulenta alicujus dicta* & facta. Hinc in proverbium abiit. *دبت عقارب* *Scorpiones* ejus reptant, pro grassatur dictis falsisque virulentis. Hebraei id, vivente lingua, extulerunt *דבו עקרביו*. Inde *דבה* *maledicentia*, *reptatio* velus *scorpionum*, & *דבה* *infamiam* spargere & *calumniam*. In *Cant.* Cap. 7: 10. *יין רובב שפתי* est *vinum jucundo reptatu titillans labia dormientium*. Nam *דב* *reperere*, *subrepere* etiam sic usurpant. Hoc obiter, ne scrupulus super *דבה*, & veram ejus originem, obreperet. Redeo ad *شِبَاهَ aculeum scorpionis*, semper in ictu, & conatu laedendi. Apposite ergo datur *اعتداء* *iniquitati*, proprie *infesto incursum*, ad noxam alteri inferendam. Radix est *عدا* ult. Vav. Verbum *فل* eleganter quoque huc admotum, valet enim *infringere aciem*, sic ut *incisurae* existant & *crenae*. Unde

congregationis locus? An non incedas apertâ viâ,
quæ te rectâ ducat, & properes ad medelam morbi tui,
atque retusâ acie iniquitatis tuæ inhibeas animam tuam,
quippe quæ maxima hostis tua? Nunquid mors destina-
tus tibi finis est, & quid à te paratum illi? Canitie
commoneris ut metuas; sed quæ exeufationes tuæ? Ar-
que in sepulchro cubandum tibi, & quid à te dici
potest? Estque; ad Deum redeundum tibi; quis vero futurus
defensor tuus? Diu est, quod te expergefecit Tempus;
verum finxisti somnolentum te. Traxitque te admonitio;
at præbuiſti refractarium te. Et ob oculos tibi propo-

C 3

ſita

Unde *ف* ruptura, crena in acie
ensis. in metaph. *pars fugata co-*
bortis. a rupta acie exercitus. Pri-
mitiva potestas thematis illius fuit
secare, infecare, incidere. Inde
Hebræis *חל* est *judicare, putare.*
Veteres *putare vitem* dicebant, &
putare rationes, hoc est *decisis ampu-*
tatisque falsis opinionibus, verum &
integrum, & incorruptum retinere;
ut est apud Gell. 6. 5. Antiquissi-
mæ significationis vestigium sub
Versabat sese in formis genealogie deducenda. *نسب* 8. a *نسب* memoravit genus inde a prima deducens origine. Est vis secundaria. Unde? a *نسب* spiravit, adspiravit, si bene ad calculos sedeo, nam *نسب* 4. conj. est vehementius flavit pulverem glaream te jaciens ventus. Id faciunt etiam stemmatum aliorum contextores: stant, spirant pulverem movent, dum ad hanc vel illam, nobilem domum adspirant. Alia metaphora *نسب* est ultro citroque susurronem egit. Et id a spirando, flandoque fluxit. præcedens *نسب* est plur. fract. a *نسب* formula, forma ad quam, vel in qua, quid fingitur. in Conf. 10.

Ha-

وَسَبَرْتُ الْكَوْزَانَ وَخَبَرْتُ مَا شَانَ وَزَانَ الْغَيْتِ بِهَا أَبَا
 نَزِيدَ السَّرُوجِيِّ فَيَتَقَلَّبُ فِي قَوَالِيهِ الْأَلْتَسَابِ وَيَخْبُطُ فِي
 أَسَالِيهِ الْأَكْتَسَابِ وَيَدْعِي قَارَةَ اللَّهِ مِنْ آلِ
 سَاسَانَ وَيَعْتَرِي مَرَّةً إِلَيَّ أَقْبَالَ غَسَانَ
 وَيَبْرُنَ

رايت غلاما افرغ في Hariri

Vidi puerum qui قلب الجمال

fusus erat forma pulchritudinis. Inde & huius loci vera forma ac facies patefcit. Prius قلب conj. ٢. a قلبا versavit, exponitur نصرف ultro citroque versari in re aliqua. In 2. قلب item est صرف ultro citroque versavit, tractavit, excussit, ut nummularius nummos quos probat: vel ut aurifices quum sedent ad metalla conflanda. Ita in transitu condifce vim Hebræi צרף.

ويخبط في اساليب

Et pede terram qua-

tiebat in semitis lucri acquirendi. Verbum خبط notat quatere, excutere חבט. speciatim fuisse arborem quatere ad folia dejicienda. Suspiciari quis posset, id nunc intendi, quatenus quercum concutere omnem dici potest, qui undecumque sibi corradit. Sed falleretur, nam, monente etiam Scholiafte

hic est jactabat se, proprie pede terram quatiebat & quidem خبط عشواء prout pede terram quatit camelus debili visu, nihil dispiciens. Istam phrasin, in qua erravit πᾶν Golius a libi latius ad intelligentiam thematicis, ejusdem ferme potestatis cum חבט, explanabo. Innuit Hariri jactatorem hunc caci instar cameli precipitem ruisse in standis suis gloriis. اساليب plur. fr. ab اسلوب, them. سلب traxit, unde tractus, vel via & modus potius, quo quid trahitur, & ducitur. كسب inf. 8. quaeritavit victum. An inde דגדג parva pecus. מִן? An contra a pecude est lucrum, ut pecunia? Anquiretur in Originibus.

ال ساسان Familia Sasan-

darum. Dynastia quarta Regum Persiæ Sasanidarum titulo fulgebat a Sasane, qui Filium habuit اردشير بابكان Ardshyr Babechan, istius potentie Conditorum. Adi Sebick. in Ta-

pondera, quidve dedecori esset aut decori probe callens, deprehendi illic Aba Zeidum Serusiensem, qui omnes formas genealogiæ ac generosi ortus strenue versabat, & pede terram quasiebat in viis lucri acquirendi: jactabat autem nunc, se esse ex familia *Sasanidarum*, nunc vero genus suum referebat ad principes *Gassanidas*: prodiens nonnunquam in vesti-

G

mento

Tarich. Regum Persiæ p 106, 107. omnes, & cujus imperium suscipitur; eoque vocabulo describitur Rex. & *Herbelotii Biblioth. Orient.* in voce *Sassan.*

اقبال *Principes Gassan*

sanida. Horum notitiam dabit *Pocok.* in *specim. Hist. Arab.* p. 75, 76 &c. Scholiastes ait غسان

قبيلة باليمن كان منها ملوك

Tribus Arabia Felicis, unde Reges extiterunt. Melius *Pocok.* p. 76. qui ex *Arabia* quidem *Felice*, sed familia *Azdenisium* oriundos, perque سبل العرم *Alcoran.* 34. 15. migrare coactos, confedisse docet ad aquam in *Syria* quæ غسان appellabatur, indeque appellationem istam deductam. Vide etiam *Herbelotium* in voce *Gassan.* Ceterum اقبال plur. fract. ا قبال consonat ferme cum Latino *Dilectatores*; nam radix est قال dixit. Bene *Tebrius* ad *Hamasæ* القيل هو الذي ينعذ قوله ويعتمد امره ووصف به الملك Vocatur *kail*, cui dicto audientes sunt

In vestimento Poetarum prodiens, id est in circulis elegantissima recitans carmina. Posset etiam verti in tessera. Nam شعاري tum amiculum interiorius designat, tum tesseram militarem, & omne Symbolum quo dignoscitur quis. Utramque notionem explicat *Tebelius* ad *Cons. g.*

شعاري القوم في الحرب Har. علامتهم ليعرف بعضهم بعضا واصل الشعاري الثوب الذي يلي البدن والدثار فوقه قال صلعم الانصار شعاري والناس

In bello *Schiar* vocant homines tesseram & notam qua alter ab altero dignoscitur. Origo autem vocis exprimit vestem qua corpus proxime contingit. Quæ supra eam, *Dithsar* appellatur. Dictum extat *Propheta*, *Medinenses* sunt interior vestis, reliqui homines superior. Quid intenderit *Mubammed*, *Medinenses*, adjutores suos, ita dilaudans, percipie-

وَيَمِزُّ طُيُورًا فِي شَعَابِ الشَّعَرَاءِ وَيَلْمِسُ
حِينَئِذٍ كَبِيرَ كَبَرَاءٍ بَيْنَ أَنَّهُ مَعَ تُلُوتٍ
حَالَهُ

cipietur ex *Hist. Tamerl.* p. 242. ubi *Tataros Bajazethi* ad sua castra alliciens *Tamerlanes*, hoc utitur blandimento, *Vos revera estis propago ex propaginibus, ramus ex ramis, membrum ex membris meis* — *Vos estis mihi* شعاعي *Vestis interior, & reliqui homines* دثامي *vestis exterior.* Natalis vocis distinctius adhuc indicabit *Tebriziad*

الشعاع الثوب الذي Hamaf.

يلي الجسد واشتقاقه من انه

يلي الشعر النبات علي الجسد

*Schiâr est vestis corpus proxime con-
tingens: derivatur autem ex eo,
quod pilum in corpore pullulantem
attingat. Nempe شعر est, ut ۛۛۛ*

pilus, vel potius collective *pili*.
Unus autem *Pilus* dicitur שער
שער. Adjectivum שער *pilosus*

etiam Arabibus שְׁעָרָה pro شعرة

bordeum شـعـيـر ة & شـعـيـر

quia pilosum est, & birsutum. A
pilo etiam, quod mirere, excrevit

شاعري Poeta, cujus plur. fract.

pilo, & subtilitate ejus, quasi dicas subtilissime & ad tenuitatem usque pili intellexit. Talo quid & vernacula nostra subministrat. Weten op een haat. Docuit me hanc originem Iebrifius ad Homasa

الشعر العلم الذي يوصل اليه

من مسلک دقیق ماخون

Scientia dicta est iste من الشعر

nomine, quod ad eam sub:li qua-
dam via pervenietur: translatione

facta a pilo. Jam vero titulo
 شاع subtilissime rem intelligentis

adfecerunt καὶ ἱεροῦ Ποσειδῶν, φίλο
 σπουδαίον φίλο τρυφήν καὶ γαμήλια

aliquo ad hoc pro ~~causando~~ carnis
sua metiri coactum.

یلبس کبر الکبریٰ

Induebat magnatum superbiam. יָדַעַתְּ

exponitur paulo confusius, prin-

cipe enim loco locatur, obscuram
et confusam illi effecit rem, dissimu-

levit. secundo, induit vestem,
tertio, confuevit cum muliere &c.

&c. Simplex & propria vls est לבש

mento postarum; sed alio iterum tempore magnatum superbiam induens: nisi quod cum versicolore hac sua astutia, & perspicua satis fraudulentia ornatus incederet nitore vultus & dicti

G 2

docti,

ri. Dicunt etiam per metaphoram induit gloriam لبس المجد, quod est in Hamasa. induit impudentiam apud Haririum. Conf. 29. quæque ejusdem notæ infinita. Sic in Bibliis passim לבד. Heic loci etiam Metaphorice sumendum putem, indubat magnatum superbiam; se in convivium licet veste, ut: Regii sanguinis hominem inferebas, & Sasanidarum, Gossanidarumve alta stemmata crepabat. Majoris adhuc lucis ergo teneatur hic, quod paulo supra ponendum exciderat, Sasanidarum in Persia imperio per Saracenos extincto, & Muhammedanismo in vecto, complures Persas, veteris religionis tenaces, per omnes provincias diffugisse, eaque occasione multos impostores sese domo ista Reguarice olim Sasanidarum oriundos jactasse. Hæc ex Scholiaste. Posset tamen cultus quoque exterior splendidissimus intelligi, nam Abuzeidus noster non semper pannis obfusus, Inducitur, sed nonnunquam magnifico paratu oculos præstringit.

قالون proprie, in om-

nem colorem vertere suum statum. Innuitur versicolor, & versipellis astutia. Radix لان med. Vav. in 2. tantum, & 5. conj., apud Golium, occurrit. in 2. quidem colo-

ribus variavit. In 5. mutavit animi affectum: eoque mutabilis fuit. Ista significatio tracta a Chamelonte, qui colores mutat variatque. Unde proverbium, قلون الحرباء

Prout Chamelion colores variare soles, in homine inconstanti ac vario.

Apud Giggejam est etiam قلون الوجه colorem mutavit vultus: in

irato & indignante. Hinc aliquid luminis accedere videtur Hebræo מל, in significatione irati murmuris, vel obmurmurationis indignantis, quæ est in Niph. מל & Hipp. מל. De qua Origine alibi latius quæram.

تبين محاله Evidentia frau-

dulentia. A دى بان, 5. conj.

تبين evident, manifestus fuit, unde hic infin. forma. محال apud

Golium exponitur, Quod non est, impossibile, absurdum. Eo nomine complectuntur, fraudes, mendacia, præstigias & vanitates illudentes. Ita breve Scholion hic dat محال

كذب Mobal est mendacium.

Alius Scholiastes. المحال ما

لا يمكن ولا يتصور

Mobal est, quod fieri effingive haud potest,

حَالَهُ وَتَمَسَّنْ مَحَالَهُ يَتَحَلَّى بِرَوَاهِ وَرِوَايَةٍ
وَمَدَارَاهِ وَدِرَايَةٍ وَبَلَاغَةٍ رَأْيَعَةٍ وَبَدِيهَةٍ مُطَاوَعَةٍ
وَأَدَابٍ بَارِعَةٍ وَقَدِيمِ الْأَعْلَامِ الْعُلُومِ فَارِعَةٍ
كَانَ

potest. Melius Teblebi ad Conf. 12.

المحال الباطل وما لا

Mobal est va-

num, & ejus possibilis non est exi-
stentia. Existimem esse proprie
part. pass., & significare id ejus
status continuo mutatur, quod non
habet immutabilem firmitatem ut
veritas, sed quod in vanissima mu-
tabilitate nunc hanc, nunc illam
formam sumit. Hoc innuisse vi-
detur Teblebi, addens كانه

tangquam ejus

facies mutatur. Pulchre, & loco,
ut solet, usus est Hariri, & ver-
sicolori astutiae nunc mutabile illud
vanum subjunxit.

Ornatus in-

cedebat. &c. &c. Radix حلي

ornavit monilibus, reliquoque mun-
do muliebri; ab حلي حلية &

Hebr. מלך mundus muliebris; quod
in originibus derivavi a terendo,
id est poliendo, nam trita saepe sunt
polita. Hinc in Alcor. Sur. 43:17.

An Deo tribuent- في

quod adolescit inter monilia?

id est prolem semineam. In Conj. 2.

Surat. 35. 30. Hortos Edeni intrabunt,

& in iis يحلون cultissime orna-

buntur armillis ex auro, & mar-

garitiis. Noster figuratius extulit

in 5. cultissime exornatus, expolitus

erat بروا adpectu, id est حسن

المنظر pulchritudine & nitore vul-

tus. ورواية & dicto docto, &

rigavit, ut ad Conf. pri-

mum vidimus. Porro مداراة &

blando sermone. infin. in 3. &

seivit, decepit. in 3. conj.

etiam, fefellit, praesertim blandi-

tiis, leniter & blande tractavit.

Hæc omnia sunt secundaria, &

discriminavit capillos, pe-

xuit, pectine discrevit, & ita len-

ter tractavit. Sequitur ودراية &

scientia. Est actio verbi ejusdem

discrevit, pexuit, disci-

minavit Quid Latine sit discretio

quid Barbare, potum. Arabes

discr-

docti, & blandæ orationis, & omnigenæ scientiæ, & eloquentiæ copiosissimæ, & extemporalis facundiæ potentissimæ, & humanitatis præcellentissimæ, & gressus supra celsissimos doctrinarum vertices enixi. Sic plane ut per egregium apparatus

G 3

ratum.

discriminationem suam posuisse videntur, pro scientia explicatius discriminante, id quod implicatum & confusum fuerat.

eloquentia و بلاغة رابعة

copiosissima. Verbum بلغ med. Dammata est facundus, eloquens, oratione efficax fuit, a بلغ contigit scopum & terminum propositum: quia per facundiam ferme scopus contingitur. Clarius. Forma comp. بلغ est efficator, penetrabilior, & ad finem propositum majore cum effectu vadens. Speciatim potentior in sermone. Eloquentior. Sic ergo بلاغة efficacia invaluit pro eloquentia efficaciore. Alterum رابعة part. fæm. a راع med. je, Augmentum cepit. redundavit. Ulro citroque motus fuit, ut aqua eminus in campo tremula specie vibrans. Talis species aque tremulum vibrantis dicitur ريعان. Inde pulchra figura ريعان الشباب

tremula & vibrans species juvenutis, pro primo ætus flore. Et vibrans species cujuscuque rei pro prima & meliori parte. Ergo primigenia vis & origo totius radicis est, tremulum vibravit.

Inde redundavit, fluxu tremulum vibrante exuberavit, in cursu etiam, unde راس رابع equus velox. In Camus est اراعت الحنطة crevit procerius triticum. Et ربيع

fertilis & proventu abundans locus. prout ربيع و ربيع explicui in Originibus, a راع itidem tremulum vibravit. Alias metaphoras hujus radicis a tremulo vibramine ductas, longum foret exequi. Forte id præstabo, quum Hebræum راع tremulum sonuit, fracto & iterato sono claxit hinc illustrabitur: itemque راع velum tremulo vibramine motum. رابعة liquet esse Eloquentiam redundantem, & vibrante quali flumine exuberantem. Reticere tamen non debeo, Scholiasti aliud visum, qui رابعة arcessit, a راع med. Var, terruit, ut sit راحة admirationem movens, & veluti terrorem horroremque incutiens vis dicendi. Non adsperner. Sed prius prætulerim.

Et extempore و بدية مطاوعة

Extemporale dictum factumve. In Sext.

فَكَانَ لِمُحَاسِنِ الْآلَةِ يَلْبَسُ عَلَيَّ عِلَّاتُهُ وَلَسَعَةُ رِوَايَتِهِ يُصْنِي
الي

Sext. Conj. تبادهاوا *Extempo-
rali oratione, carmine, inter se cer-
tarunt.* مطاوعة *part. fem. in 3.*
ا طاع *obsequens fuit.* Specia-
tim *obsequens, prompta.* و ad om-
nia *praesens atque efficax fuit lin-
gua.* Illuc respici hac structura
manifestum.

وقدم لاعلام العلوم فارعة

*Est gressu cellissimos vertices scientia-
rum ascendente.* Primo قدم *pes,*
gressus, a *pragrediendo,* quod ra-
dici قدم *inest.* Secundo
اعلام *plur. fr. a علم signum.* Spe-
ciatim *collimitaneum,* ut *Golius* ait,
quod *finis regit & vias indicat.* In-
de notio subnata *montis,* quam
Golius non exhibet. Audi *Scholasticum*

العرب تسمي الجبال اعلام

لانها تدل علي الطريق في

البدية *Arabes vocant Montes Signa*
quia monstrant viam in deserto.
Alcor. Sur. 42: 31 ومن اياته

الجواري في البحر

كالاعلام *Et ex miraculis ejus*

sunt naues in mari tanquam montes
alti. Figurata *montes alti,* signa
eminentissima, *scientiarum pro*

cellissimis verticibus. Luditur etiam
pulcre in علوم *scientia plur. a*
علم, ab eodem themate علم *fig-
navit,* unde quomodo *scientia* sit
orta alibi ostendi; etiam *oby* He-
braeo hinc enucleato. Ultimum
فرع *est part. fem. in 1. a*
summum tenuit. Speciatim *supera-
vit montem.*

لمحاسن الآلة يلبس علي

Obegregium ap-
لاته

*paratum ejus. morbi ipsius velaren-
tur.* Primum محاسن in *Golia*
per *benefacta, benemerita* exposi-
tum, *est plur. fr. a محسن vel*
*محسنة res pulchra, praeclara, ele-
gans;* arad. *حسن pulcher elegans*
fuit. In *Hamasa* محاسن

vocantur *pulcherrima & speciosissi-
ma partes in forma muliebri.* A-
bulphar. p. 396. كان من

erat e *seculi or-
namentis.* Inde patet, *latius usum*

dimitti. Sequens الآلات *apparatus,*

instrumenta; *est pl. San. ab الآلة*

quod a them. الآل *med. Vav,*

idem est ac أداة *instrumentum,*

*apparatus. omne illud quod adorna-
tur.* *Intelligitur instrumentum pro*

copio.

apparatum morbi ejus velarentur, & ob ubertatem literaturæ ejus exoptaretur ejus conspectus, & ob deliniscam ejus eloquentiam

copiosissimum doctrinæ & eloquentiæ. Tertium علات etiam plur.

San., a عل morbus. thema عل
cujus diversos usus digessi in originibus, illustrato inde Hebræo
לל in late fuis metaphoris. Morbi hic sunt vitia. In Hama'a
الزمان ponuntur pro casibus adversis fortuna. Quartum denique
ليس est fut. pass. 1. conj. a ليس, vestivis, velavit, distimulavit
لدى. Scholion explicat
a و socius يصاحب ويخالل

amicus adfiscibatur. Nempe vestire, induere aliquem pro familiaris consuetudine supra etiam notatum. Id foret adhuc figuratius, & nervosius, atque ob egregia quibus instructus erat ornamenta, intimus amicus adfiscibatur super morbos ejus; hoc est quantumvis morbosus esset atque vitiosus.

لسعة مرواته يصبي الي
مرويته Ob ubertatem literaturæ

ejus exoptaretur ejus conspectus. Primum a وسع sine modo
و مقسما amplius fuit, est forma infin. exprimens capacitatem amplissimam omnis rei: sive amplitudinem scientia ut hic, sive fortunarum & opum, sive potentia &

gloriæ, quæ omnia confluent, & conspirant ad salutem, amplissimam salutem efficiendam, ut jam alibi declaratum. مرواة rigatio, pro literaturæ & doctrina rigante supra etiam expositum
fut. pass. in 1. conj. a و juvenis amare affectus و propensus fuit. impotenti-
us amavit. مروية conspectus رارة a رارة رارة midia. Notetur alliteratio & lusus in رارة conspectus, & رارة rigatio. literatura.

اختلاصة علم رفته برغب
Ob fascinationem

male ejus, abhorrebat a declinatione ejus. Sic ad verbum. Thema
خلب notione 3. apud Golinum est verbis deceptis & sefellit. Inde
خلابة Act. Originem abstrusorem illius significationis. secundariæ
pandis Tablehim: الخلب هو خشا

القلب يقال خلبني حب فلان
اي وصل حبه الي خلبني
وفلان خلب النساء اي نهجه
النساء و خلاب الذي يخلب
الناس اي يذهب بقلوبهم

Appellatur pericardium Chalb, inde quo dicitur in pericardio affectus me amor

التي رويته ولخلاجة عارضته يرغب عن معارضته
ولعذوبة

amor illius, quum intime penetrat
et pervadit. Dicitur etiam ille est
pericardium mulierum, pro, mul-
tum amant ipsum mulieres. Deni-
que *מלך* deceptor, fascinator, im-
postor dictus est, quod homines in
pericardio afficiat, hoc est corda ipsis
auferat. Hinc jam, quæ in *Golio*
erant obscura sub hac radice,
debitam lucem scenerantur. Se-
quitur *عارضه* a Scholiaste ex-
plicitum **قوة الكلام**
potentia sermonis. Proprie est *La-
tus maxilla* seu *barba*, insigni-
te adhibet *Arabja*: in *Hist.*

لا يتركوه ورد Tam. p. 71.

عارضها من شوكة عارض

Non putam sibi fore *rosam maxilla*
ejus a *spina* adversantis. nbi
عارض *masf. form. latus trans-*
versum faciei, maxilla, mala,
simul notat tractum & plagam
regionis; loquitur enim de *Persia*,
tanquam de *Virgine*; cujus pos-
sessionem liberam sibi firmare non
posset *Tamerlanes*, nisi nobilitate
veteri deleta. Habes sub *forma*
fam. in Golio *عارضه* pollens
robore et fortitudine. Proprie,
præditus maxilla. Locutionis vim
ac originem sic declarat *Scholiast.*

يقال فلان قوي العارضة

إذا قال ما شاء ولم يبال
بإحد وقيل معني فلان
شديد العارضة إذا أحش
واسمع المكروه وقيل معني
فلان شديد العارضة أي لا
تقرب ناحيته وإذا كان
الرجل حديد اللسان وسريع
الجواب قيل فلان ذو عارضة

Dicitur, ille est *validus maxilla*,
quum dicit quicquid voluerit, neque
quemquam curat. Alii dicunt, lo-
cutionem, ille est fortis *maxilla*,
adhiberi in eo, qui obscena loquitur
et auribus ingrata ingerit. Aliis
placet *validum maxilla* appellari,
cujus *plaga* et tractus non potest ac-
cedi. Quod si aliquis fuerit acuta
lingua, et prompta ad respondendum,
dicitur, i *dūna* præditus est *maxilla*.
Non placent illi critici, qui
عارضه improprie pro *plaga* vel
tractu capiunt in hac formula: est
omnino *maxilla*; nam & nos
Validum & firmum maxilla appel-
lamus hominem strenuum: intruden-
tem, in sermoneque vehementem.

ولعذوبة ابرادة يسعف

Et ob suavitatem aquation-
nis ejus, quicquid peteret impetra-
ret.

tiam omnes ei occurrere gestirent, & ob suavitatem aquationis ejus quicquid peteret impetraret. Pependi itaque a
H • fim-

ret. Nobilis figura, qua Aquatio illi concessit quibus indigebat. Est alicujus, valet confortium, commercium, jucunda & recreans conversatio. ایران est inf. 4. conj. a

ورد descendit, speciatim descendit in aquam. Plena phrasis est ورد ماء Alcor. 28: 23. descensus aquae; aquatio. Unde absolute ورد descensus pro aquatione coepit invalescere; ut in Proverbio

لا افعله حتي يرد الضب

Non faciam illud, donec descendat Crocodilus terrestris. Ad Calendas Graecas. Sic descendere pro aquatum ire fumo Esaj. 63: 14. כבדחה בנקעה תרר. Est figura a jumento siti & lassitudine confecto, quod emenso tandem itinere detractis oneribus, aquatum ire permittitur. Sic jam ایران est praeberere descensionem, id est commodam aquationem, qua te recrees, & tedium diluas. Cum qua imagine pulchre consilii Actio a عذوبه med. Damata, quod 3. signif. apud Golium est Bona dulcisque fuit aqua. Sequens يسعف est fut. pass. 1. Conj. a سعى promovis & confectum dedit negotium. Sic Golius. Apud Giggejum est سعى بجاجته

notio secundaria, cujus origo haud prompta. Forte fluxit a سعى

Saason, sponsa supellex, Gallice trousseau, ut sit supellectile & instrumto necessario adjuvari. Adornari. Tandem مران est part. pass.

4. Conj. postulatam. Omne quod, quis petit, a verbo مران med. Vav. ultro citroque discursis & commeat. Ivis aquatum pabulumve. Appetivis & cum studio ambivis. Ab hoc themate lucem capit Hebraum ورد, cujus etiam vis sita est in discursatione, & commeatone, ultro citroque facta.

فتعلق باهدابه

لخصاص ادايه

Et pependi a fimbriis ejus ob eximias dotes eruditionis ipsius. Verbum علق pependit, & adfixus fuit, supra jam illustratum. Ejus conj. 5. egregie & proprium & improprium usum hic exercit. Teblebium

تعلق باهدابه اي باطراف

ثوبه والاهداب في الاصل

الخيوط التي تبقي في طرفي

الثوب من عرضيه دون

حاشيته وهذا كناية عن

التعلق

وَلَعَذُوبَةٌ إِيْرَادُهُ يَسْعَفُ بِمِرَادِهِ
فَتَعَلَّقَتْ بِأَهْدَابِهِ لَخَصَايِصِ آدَابِهِ
وَنَافَسَتْ فِي مَصَافَاتِهِ لِنَفَائِصِ
صَعَاتِهِ

التعلق بصحبته و ملازمته

Pependi a fimbriis ejus, hoc est, ab extremitatibus vestis ejus, sunt autem أهْدَابُ *in radice ac origine*

filamenta, qua remanent in extremitatibus vestis, ab utroque ejus latere, sub limbo ejus. Estque hac figurata circumlocutio societatis تَوَاقُفُ *affiduitatis cui deditus erat. Confer* Zab. 8: 24. *וְהָיוּ כְּכַף אִישׁ יְחִידִי*

Ab hac imagine حَاشِيَةٌ *Limbus*

margo, Ora vestimenti induit significationem asseclarum & clientium, qui تشبثوا بذيل الذمة

affixi haerent ad Laciniam laxam protectionis aut patrocinii, prout loquuntur in Oriente. Uberius id declarabitur ad Confess. 6. ubi Hebraeum non ex hoc fonte fluxisse ostendetur. أهْدَابُ est plur.

fract. ab هَدَبٌ, Cilia sive pili

palpebrarum. Cirrata extremitates vestium, peniculamenta, fimbria.

Forma هَدَبٌ exprimit etiam co-

mam propendulam arboris. Et

هَيْدَبٌ *Nubes propendula in plu-
viam prona; quasi in filamenta se resolvens. Plena locutio est*

نو هَيْدَبُ *Domina comae propen-
dulae nubes, in Div. Hud. Per-
spicietur hinc quid sint עננים
pluviae per filamenta descendentes.
Porro خَصَايِصُ est pl. fr. à
خصيصَةٌ Res propria ac peculiaris,
cujus مَوْصَفٌ est. خصيصٌ Neu-*

*trum in Golio comparet, sub خص
proprium تَوَاقُفٌ peculiare tribuit; sed
extat ibi خَاصَّةٌ proprietas, pro
quo & خصيصَةٌ dicas, unde
خصايصُ nostrum designat exi-
mias proprietates. & peculiare do-
tes. Denique آدَابٌ pl. fr. ab آدَبٌ*

*Elegantia morum ac doctrinae. The-
ma آدَبٌ.*

وَنَافَسَتْ فِي مَصَافَاتِهِ
لِنَفَائِصِ صَعَاتِهِ

simbriis ejus ob singulares gratias Elegantiarum ejus, & summo studio adspiravi ad intimam ejus amicitiam, ob pretiosissimas ejus dotes. Eo autem Curas ego meas detergebam, & soles mihi

H 2

Et adspiravi ad intimam ejus amicitiam ob pretiosa dotium ipsius. Verbum نَافَسْتُ est in pract. 3.

a نَافَسَ spiravit. Unde نَافَسَ

adspiravit. adspirando & expetendo contendit. Id Hebræis erat נָפַסְתָּ לְמָוֶת tollere animam ad aliquid. Studiose & ardentem adspirare. Ab eadem hac radice est نَافَسَ,

proprie adspiratum & ardentius appetitum aut captatum. pretiosum.

Ipsamque verbum نَافَسَ inde pretiosa fuit res, & tanquam adspirata, anhelata. Ejus formæ plur. fract. est نَافِيسَ; estque multo gratiosissima illa structura نَافِيسَ

studiofissime adspirabam ad adspirabilia &c. i. e. pretiosissima & ab omnibus anhelata. Philarabibus non injucundum accidet, si thematis hujus glossas confuse & permixte edicas apud Golium ex Zjanbario, discrevero, & ad Originem redezero. Flare, Spirare est primigenia notio. Hanc non expresserat Zjanhari, quod Arabibus suas Glossas contexebat, prout Latinus aliquis Flandi diversos usus enotaturus, proprietatem, ut notissimam, inagno silentio transmitteret. Primum autem Glossæ-

ma est نَافَسْتُ Petivit

te maligno oculo. Tu verte, si vim & genium linguæ velis, sufflavit te sufflatu. Inter præstigias excantatrices est sufflatio. Secunda significatio, peperis, puerpera evasit mulier. Proprie flavit, spiravit in doloribus. Esaj. 42: 14. Ut puerpera clamo, וְיִמְנָהּ וְיִמְנָהּ וְיִמְנָהּ simul ore simul naribus spiro. Habes ibi נָפַסְתָּ, unde נָפַסְתָּ anima, Arabice نفسم. Male ad נָפַסְתָּ a multis reductum. Similiter nunc nostrum

נָפַסְתָּ, unde item נָפַסְתָּ anima. Tertia classis exhibet نَافَسَ idem quod נָפַסְתָּ peperit rei, tenax fuit, quasi tu dicas cum suspiritu, & invitus dedit. Integra locutio id demon-

strabit نَافَسَ عَلَيْهِ بِخَيْرٍ قَلِيلٍ

invidit illi. Ad verbum spiravit super eo in re exigua, id est avare, sordide, non sine suspiritu dedit. Item

نَافَسَ عَلَيْهِ الشَّيْطَانُ putavit eum indignum seu in idoneum esse rei, proprie suspiravit super eo ob hanc rem.

Sequitur quarta glossa نَافِيسَ

pretiosa fuit, seu talis habita res. Id jam dixi intransitive esse adspirari, anhelari. Quinto, forma passivi,

مَسْفَاقِهِ فَكُنْتُ بِهِ أَجَلُو قَوْمِي
وَاجْتَلِي

passivi, *enixa est* *enixa est* غُلْمًا ,
puerum. Id consonat cum primo,
nisi quod nunc sit, *in flatum*, *sus-*
piratumve conjecta est ob puerum.
Porro in 2. conj. *Leuavit mœro-*
rem, recreauit, commode tracta-
uit. Proprie fecit respirare. 3. conj.
jam declarata. 4. sonat, *Cupidum*
reddere; quasi *facere aspirare*.
Item intransitive *complacuit res*,
quasi *fecit respirare & recreauit*.
5. *Respirauit, anhelauit, duxit lon-*
giorem spiritum. Hinc discite disci-

men inter *נשמה* *spiritus*,
status exilior, & *נפש* *spiritus*,
status longior. Speciatim *נפש*
bibere amari, spiritu non intermisso.
Aliquande tamen contrario adspe-
ctu, *respirauit inter bibendum*.
Iterum in 5. *illuxit aurora*. Nempe
adspirauit. Nec non, *increuit*,
augmentum cepit dies. Id *Cant. 2:*
6. est. *עד שיפוח היום*. Donec ad-
spiret dies. Item *diffudit aquam*
unda. Est hæc *Virgiliana* imago
Æn. 10: 291.

Qua vada non spirant, nec fracta remurmurat unda.

Male *Servius* & alii *sperant*. Rari-
tas frandi fuit. Aliter iterum
נפש *fissus fuit arcus, spirauit*
quasi, & *cum spiritu crepuit*, qua-
liter *vesica*. Pro cumulo sit ele-

gantissima vis a *Zjaubario* non
annotata, qua *נפש* *est moram*
longiorem traxit, & respirando. In
Nauabig

الناس اكثرهم اعمى
وان تنفس بهم الاعماى

Homines maximam partem imperiti:

Etiã si secula ipsis respirent, id est, protrahantur.

ففي مصافاته لصفاته

Est alliteratio, cui maiorem in
modum deditus *Oriens*. Prius
مصافاة *est inf. 3. a صفا ult-*

Vav. Clarum, defecatum fuit vi-
nam. Inde *صافا* *sincero, puroque*
adfectu fuit ergo aliquem. In 1.
Conj. Abulph eleganter extulit p.
308. *لا يصغو قلبه لكم*

Non

mihi candidi illucebant, hilari & renidente vultu ut sponsa
H 3 spon-

Non defacatum est cor ejus vobis.
Sequens صفات est plur. San. a
صفة Qualitas. forma. attributum.
proprietas. dos. Thema est وصف
descriptis, quasi dicas descriptionem,
vel descriptam qualitatem.

اجلو همومي

detergebam curas meas. Ultimum
موم est pl. fr. ab هم sollicitudo
a themate هم tabuit, & tabescit.
Tabescere curis, intabescere, om-
nibus in linguis notum. Don He-
braorum hinc illustratum in Ori-
ginibus. Cum eorundem הלא con-
fonat nostrum جلا ult. vav. Ex-
cessit e patria, migravit, exulavit;
& transitive, in exilium deportavit.
Secundaria est notio hæc. primaria
est deterfit, & deterfus fuit. Niti-
dum, clarum, nudum, glabrum
reddidis aliquid; & nitidus, clarus,
nudus, glaber, calvus factus fuit.
Hinc جلا Manifestavit, rexit
rem: Hebraice הלא Revelavit.
Et alio aspectu جلا in exilium
egit, quasi dicas deserfit locum ali-
quem, incolis abductis; & sede
ipsorum nuda relicta. Affinis est
imago 2 Reg. 21: 13. Extergebo
Hierosolymas, quemadmodum quis
exterget paropsidem; exterget &
everfam capite sistit. Ad Originem
hanc allusum in Hist. Tam. p. 183.

انما اردتما بذلك
تبريد الناس
وتشريدهم واجلاهم عن
لوطنهم وتجردهم

Utique intenditis tantum hoc con-
silio vestro separare homines, &
dispergere, eosque detergere a sedi-
bus suis, atque decorticare. id est
deripere. detrahere. depellere. No-
strum detergere curas, aut tabidas
sollicitudines est alterius naturæ,
rubiginem moeroris discussam indi-
cans, & animum valiumque niti-
datum, hilaratum.

اجتلي نرماني طلق
الوجه ملتصع الضياء

Venustissima periodus. verbum e
verbo; Nitidum aspiciebam tem-
pus meum, exporrectum vultu, mi-
cans splendore. Id liberiore versio-
ne exprimentum fuit, ut mens
Hariræ perciperetur. اجتلي
in 8. conj. a جلا, quæ spe-
ciatim valet Reteclam & nitentem
adspexit sponsam. Cum sponsa for-
mosissima ergo hic comparantur dies
beatiore, quibus soles candidius lu-
cere videntur. Iudæi consimiliter
Sabbathum appellant Sponsum. A
طلق solvit, laxavit, descendit
locu-

وَأَجْتَلِي رَمَانِي طَلَقَ الْوَجْهَ مُلْتَمِعَ الصَّيَاءِ
 لَرِي قُرْبَنَهُ قُرْبَنِي وَمَعْنَاهُ غَنِيَّةٌ وَرَوْيَتُهُ
 رَمَانًا وَمَحْيَاةٌ لِي حَيًّا وَلَبْنًا عَلَيَّ ذَلِكَ
 بَرَهَةٌ يَنْشِي لِي كُلَّ يَوْمٍ نَزْرَهَةً وَيَنْدُرُ
 عَنْ قَلْبِي شَبَهَةٌ أَلِي أَنْ جَدَحْتُ لَهُ يَدُ الْأَمْلَاقِ
 كَأَنَّ الْفِرَاقَ وَأَعْرَاهُ عَنَّمُ الْفِرَاقِ بِتَطْلِيْقِ الْفِرَاقِ
 وَ

locutio *طلق الوجه solutus*

vultu. *exporrectus nitens*. Rectissime autem *Tempus exporrecto vultu* inducitur, quum & *capere frontem* dicatur idem tempus, sub radice *كلح*, cujus participium

كلح est *homo rugosa ac cape-*

rata fronte, item, *fortuna irata* & *adversa*. Uterque usus in Libro *Jobi* servatus sub *כלח*. Alibi hoc latius. *Micans Splendore* tempus, eadem figura: sic tamen, ut & in *Sponsam* phrasis illa, uti etiam superior, quadret. *part. in 8. 2* مع

micnis, tremulum cornuscavit. ضياء *lux, splendor*, a *ضأ* *micnis* *emici* ignis. in 4. conj. *emicare fecit*. Hoinelle nonnunquam *excrevit* & *sparsum ejecit* urinam, purgamenta naturæ. Ecquid agnoscis *micnis*

excrementum, & *צואה*? quasi dicas. *emicationem*. Ab eadem radice *pululasse* videntur *צומץ* *propagines, germina emicanti* a terræ, stirpis, familiæ.

Et vult-

tum ejus pro ubertate annona. Uterque Scholiastes pro *vultu* dat.

vitam, qui legerunt *مَحْيَاة*; a

مَحْيَا idem ac *حياة*; *thematis*

vixit. Non promptum ha-

buere vocabulum *مَحْيَا* *vultus saluatus*; & latiore usu *vultus*, præsertim *honoratus* & *spectabilis*. Est *part. pass. 2 conj.* ab eadem radice. *Tebrizi ad Hamusa*. المحيا

الوجه من الانسان

لأنه

sponso arridentes: reputanti familiaritatem ejus pro omni affinitate, & domum ejus pro sufficienti possessione, & conspectum ejus pro irrigatione, & vultum ejus, pro summa ubertate annonæ. Hoc in statu perseveravimus ad longum temporis spatium, quo ille mihi quotidie novæ aliquid voluptatis producebat, & a corde meo tenebras dubiorum dispellebat, donec miscuit ipsi manus inopiæ poculum discidii, & impulit cum defectus offis quod roderet ad vale dicendum Chaldææ, & ex-

لأنه يخص عند
التسليم بالذكر
فيقال حيا الله وجهك

Mobaija est vultus hominis, quia ille peculiariter inter salutandum sollet memorari, dicitur enim, vita heet Deus vultum tuum. Sic ergo salutatus invaluit pro vultu. Crebro utuntur Poetæ, nosterque poetarum flosculos undique carpens. Sequens حيا est, Teblebio de-clarante مطر عظيم وخصب

pluvia copiosa, & abertas annonæ. Notentur spissæ paranomasiæ inter

precedensque حيا & حيا & حيا
& معني حيا & حيا
قربي & قربه, غنية

جدحت يد الاملاق

Miscuit illi كاس العراق
manus inopiæ poculum discidii. Prius
جدح spatha, & مجدح di-

citur, commovit medicamentum, atque ita miscuit. املق inf. 4. a ملق delevit, cum aliis notio-nibus complusculis. Inde املق Ad inopiam redactus fuit. impos-e-vast. Item, Cespitavit, in lubrico procidit equus. Origini aperien-dæ clavem porrigit Teblebini.

الاملاق الفقر وهو من الملقه
وهي الصخرة الملساء فاملق
كانه صادف ملقه لا تنبت
شيا من خصب ومثله اكدي
الجافر اذا صادف كدية

Imlāk vocatur inopia, a Malaka, quod est saxum leve. Unde Amlaka quasi dicas pervenit ad Saxum leve, quod nihil producit copia ac proveni-tur. Sic dicitur pervenire ad solum durius, qui fodiens, & aquarum venas querens, luditur. Nempe

اكدي pervenit ad solum durius etiam adhibetur figurate in eum, qui inops & egenus incidit in divi-

وَلَفْظُهُ مَعَاوِرُ الْأَرْفَافِ أَيْ مَعَاوِرِ الْأَنْفَافِ وَنُظْمُهُ فِي سُلُوكِ

tem aridum, & tripareum, cujus opem frustra implorat. Aliud adhuc veriverbium tentat. ويحتمل

ان يكون املق من الملق وهو التلاين والتذل لان الفقر يلين صاحبه ويذاه

Fieri etiam potest ut Amlaka, inops evasis, sit a Malak, quod est lenem se praebeere & submissum, quoniam inopia lenem & submissum reddit. Videlicet ملق ملق

continet in origine ملق. Inde ملق ملق est

petra lavis, glabra. A glabro & laui porro blandus; a blando, molli, lenis, demissus. prius a Saxo glabro praefendum autumo; est enim imago per familiaris Arabibus qua petras, & saxa glabra transferunt ad summam mendicitatem. illustrabitur hinc figura. Job. 31: 4. כחור וכחור in inopia & egestate durissimus silex. Vocabulum

כחור signat proprie filicem duritiæ quasi Congelatum. Ceterum notiones diversae thematis ملق ملق effluerant, nam delere est ملق. Lavare vestem est ملق, subigere molliendo & macerando in aqua. Inde etiam subagitare, obsoletiusculo usu. E-

tiam subagitare illud pro fugere a-berra usurpatum. Porro percussit demulsiue fuisse, est ملق, Committigare, ut Terentius traduxit. Blandiri & adulari, a glabro manarunt. ملق. Denique decidit de digito annulus; proprie Lubricus & glaber suis. in 2 Conj, ملق Levigavit. Complanavit. Istud ملق complanare videtur nobis restituere deperditam notionem thematis ملق Lev. 1: 15. & 5: 8. ملق ملق ut Avicularum mactatio nihil aliud fuerit quam capitis complanatio, & compressio inter digitos, sine jugulo scisso, ruptove, ut diferte additur in textu postremo.

Sequitur الكاس poculum discidis, quod Manus inopie miscuisse dicitur, figurate. Hebr. כוס. Habent quidem Arabes كاس poculum, etiam med. Vav. sed elegantius effertur per mediam Aleph. Est autem poculum vini plenum. Nam si vinum non sit infusum, vocabulo huic locus non conceditur. Auctor mihi & fundus est Teblebius ad Conf. 10. لا يقال للقدح كاس

الا اذا كان فيه شراب Poculum non vocatur كاس, nisi quando vinum in eo est. Addit ibidem complusculas voces, quibus similis subest indoles, de quibus commodius alias. Ut autem כוס Hebraeis

& expulerunt cum necessitates commoditatum vitæ, ad deferta terrarum omnium pererranda, eumque filio comitum

tritum in portione ac sorte ingrata, Arabibus quoque nihil familiarius quasi potionem amaram diceret; sic Hariri Conf. 28.

ووثبت فيهم وثبة الذيب الضري علي الخروف
وتركتهم صرعي كأنهم سقوا كاس الحتوف

*Et insilui in eos ritu lupi irritati in agnos:
Et liqui eos stratos, ac si poculum necis essent potinati.*

In Hist. Tamerl. p. 183. ان الروح والمال كاسين
يسقوهم كاس جين *Et potionarunt quemque eorum vinum raptæ vita simul, simul opum, duo pocula. Novo iterum adjunto colore pag. 322.*
Ut potandum daret ipsis poculum exitii. Plenius pag. 228. فسقوا
كل واحد منهم خمرة سلب

وإذا بساقي الموت فاجاهم بكاسات الثبور *

Ecce autem Pincernam Mortis, qui oppressit eos poculis exitii.

Hæc pocula turbinibus mista jam dederat etiam p. 320.

وسقوهم كاس السموم وجرعوا كاس الحروم

Et potionarunt eos poculum venti venenati diurni, sorpseruntque poculum venti venenati nocturni.

Eadem est figura Psal. 11: 6. ان Bibendum præbe ipsis calicem aquariorum mortis. Ubi per mortis aquaria intelliguntur, acies & prælia. Continuiti sensu positum illud in Hamasa.
وليعرف منه كاسه *Ventus astringit portionem calicis eorum.*
In Moallekât reperio اسقوهم
بكاس حياض الموت

سَلِكِ الرِّبَابِ خُفُوفَ رَأْيَةِ الْأَخْفَاقِ فَسَخَنَ

وقد سقي القوم كأس النعسة الشهر *

Et potionarat jam homines poculum dormitationis vigilia.

Id est *pra longa vigilia alto somno oppressi jacebant*. Hinc lucis nihil accrescit imagini Esaj. 29: 9, 10. *Inebriati sunt & non vino*; portione nempe multo potentius mergente: *quoniam infudit super vos Deus spiritum soporis &c. &c.*

اغراه عدم العراق بتطليق

Infligavit ipsum defectus ossis quod roderes, ad vale discendum Chaldaee. Radix غرا ult. Vav & je, agglutinare & agglutinari. unde secundariae notiones pinguitudinis obductae; studii deditissimi & glutine affixi veluti; irati etiam impetus instar canum mordicus agglutinatorum. In quarta اغرا *infligavit canem, fecit agglutinari morsu ad praedam. Excitavit lites & inimicitias*. Id Hebraeis fuit גרה, cujus thematis genuina potestas nondum constitui potuit a Lexicographis.

عَرَق est Plur. fr. a عَرَق *Os denudatum carne*. Thema عرف *Rosit. Rodendo nudavit os carne*. Hinc explicandum autumo Job. 30: 3. *והסקי ציה* Vulgo *fugientes in aridam solitudinem, ex Chaldaica notione*. Fortius erit, & figuratius, *Rodentes aridam solitudi-*

nem. De qua figura ad Jobum. I. bidem Ps. 17. *Ossa mea pertundis, ורקי לא יסבון* *Et arteria mea non quiescant*, ita vulgo; & quidem usus Arabici auctoritate, quo

عَرَق, hujusce nostri thematis

derivatum est *arteria*. Id tamen languidum ibi. Intendetur vis sententiae, si assumamus, *Et Rodentia mea non dormiunt*. Sic habemus ossa pertusa simul, simul rosa, carnibusque ac medullis nudata. Sequens تطليق inf. 2. Conj. a طلق *dimissa ac repudiata fuit mulier*. Est ergo metaph. a repudio, & repudiatio Irace sive Chaldaee, non injucunda imagine valebit discessum longinquum, sine spe reditus.

ولفظته معاونا اليرفاق

Et expulerunt cum necessitates commoditatum vite, ad deserta plagarum. Verbum

لعظ, *ejecis, emisit ex ore*; & sic enunciat verba. Ita Goliis; qui etiam annotavit formulam جاء *venit fissiens* &

لجاء. *Proprietatem si velis, verte,*

tum viantium. *inferuit vibratum tremule paupertatis vexillum.*

I 2

Ea-

te, venit, quum jam frenum ore
eiecisset. Ad indolem verbi peni-
tius inspicendam habet ex Teblebio

يقال اكل التمرة ولفظ
النواة ومنه سمي الكلام

لفظا Dicitur, comedit
dactylum, & projecit officulum e-
jus: Indeque sermo dictus est hoc
vocabulo quasi projectio vocis. Se-

quitur معاون plur. fr. 2 معاون,

معون, quod apud Golium subrad.

معون egenus fuit, cognitum tan-
tum pro vestis trita. Sed patet
latius & complectitur etiam ino-
piam, ac egestatem ipsam. Rarior
tamen usus ille, ut ex hoc Scho-
lio patere poterit. معاون جمع

معون فهو فقد الشيء وجمعه

علي غير قياس ليقابل بها

معاون وقيل ان معاون جمع

Est معاون وهو المعون نفسه

plurale a معاون, quod est egere, de-

siderare quid. Fecit autem plurale
hoc citra analogiam, Maawiz, ut
eo rhytmo Maphawiz exciperet:
Dicitur tamen etiam, esse plurale a

معون, item ut معاون necessitatem

sonante. Sequens لرفاق est in-

fin. 4. conj. 2 رفق Benignus,
facilis fuit. Item iuravit, profuit.

رفق Commodisati fuit, omni

opportunitate iuravit. Derivatium

est cubitus, & locus ubi

quis cubito inmittitur, indeque por-

ro commoditas omnis. رفق Cu-

bital, cervical. Quicquid suffulcit,

Conjug. 8. رفق Innoxius fuit

cubito, vel & suffultus fuit cubitali.

Improprie commoditate omni adju-

tus fuit. Non est dubium, quin a

cubito mixto, & suffulto ductum sit

illud Caus. 8: 5. مخرجك على راحة,

quo de jam monuerunt etiam Vi-

ri Docti. Porro معاون plur. fr.

معان, 8, cujus thema فاني

potitus fuit. saluus evasis. Volunt

Arabum Philologi hinc desertum

dictum, boni ominis causa, quasi

dicat locum nude saluus evadere

quilibet exoptat. Hic sensus Scho-

lii. سميت الصحراء معانة. علي التغاؤل لان للرجل اذا

قطعها وقد فاني ونجا

Desertum vocatum est Maphazab

Ominandi ergo, quod qui illud tra-

jecit, voto potitus est, & evasis.

Ultimum افاق plur. fr. ab

افق tractus terra, plaga mundi.

Mundus. Horizon.

فَشَحَذَ لِّلرَّحْلَةِ غَرَارَ عِزِّمَتِهِ
وَوَطَّعَنَ يَفْقِيَانِ الْقُلُوبَ بِأَنْرَتِهِ
عالم

نظمه في سلك الرفاق
خفوق راية الاخفاق

*Inseruit cum filio comitum vianitum,
stremula vibratio vexilli inedia. Fi-
guræ Orientales. Priorem ita ex-
posuit Teblebius.* ابران بسلك

الرفاق الطريق الذي
ينتظمون فيه اذا اخذوا في
السيير لانهم يمشون
فيه واحد بعد واحد ونظمهم
الطريق وصار لهم كالحظ
الذي ينتظم فيه الاشياء

*Intendis per filum comitum Viam,
in quam inseruntur quasi, quum
iter ingrediuntur, quia in ea pergit
singulus post singulum, atque ita in
seriem eos necit via, estque iis ve-
luti filum, in quod res inseruntur.*

هكذا هو Scholiasies
مشي الابل في الصحراء بعير
بعد بعير فقد نظمهم
الطريق كما نظم الحظ
الجواهر واذلك تقول

العرب سلكنا الطريق
كانهم مشوا في سلك

*Talis est incessus camelorum in de-
serto, camelus post camelum, cosque
proinde conserit ac connectit via,
quemadmodum filum connectit mar-
garitas. Ideo etiam dicunt Arabes
infilavimus viam, pro longa linea
ingressi sumus. Gallis quoque pla-
cuit enfiler un chemin. Dicerem
tamen in hac phrasi, Arabica qui-*

*dem, filum سلك non esse viam
ipsam, sed lineam & seriem potius
camelorum, cum suis sessoribus,
naso sequentis cameli ad caudam
præcedentis religato. Ad hoc fi-
lum alluditur Jobi 6: 19* *וְלִי כוֹן לְמוֹ*

*Altera locutio figura-
ta a vexillo, pendet ab usu illo,
quo Fortuna feliciori datur* *راية*
vexillum album,
sub cuius vexilli auspiciis, læ-
ta quæque contingant. Contra
sub nigro vexillo ingruunt Cala-
mitates, impressionemque dant
sævam atque hostilem. Est autem
راية *vexillum militare a رأي*
*vidit, quia ab omnibus in oculis
habetur. Eleganter in Hist. Ta-*

merl. p. 126. إقامة لاعلام حرمه

دولتکما

Exacuit proinde ad iter suspiciendum aciem propositi sui,
& profectus est, *habenis suis simul corda circumducens.*

13

Post

دولتکما ونشرا لرايات

us erigerem signa Majestatis imperii vestri, & explicarem vexilla terroris potentie vestrae. Porro verbum خفف, cuius infinit: in prima est خوف signate usurpari amat in vexillo tremulum vibrante. Proprietas radicis late fusae, nobilibusque metaphoris ditatae, sita est in vibratu crepitante. Inde significationes apud Golum diverſae, paſſavit, mutavit, micuit, cum susurro sonuit, trepuit, percussit solea, lamina entis, quavis re lata, crepitum cum vibratu reddente, volavit, ad occasum inclinata fuit stella. In conj. 4. praeterea volo excidit; repulsam passus fuit; vacuus & sine praeda rediit venator. Ejus infinit. اخف ا Scholiaste declaratur

الخيفة وتعذر المطلوب frustratio spei, & defectus ejus quod quaeris. In Flammaſa a Tebrizio exponitur ان تغزو الاخفاف

ولا تغنم او ترجو وتخيب

Jebphak est, si expeditionem facis, nec quicquam praedae auferre, aut si speras, & frustra es. Metaphorae ansam indicat Teblebius ad Conf. 11.

اخفف خاب واصل الخفف

الاضطراب فكان الخايب

Achphaka est frustratus fuit, Origo autem radicis est concuti tremore, estque ac si is qui frustra est, concuteretur tremore ad frustrationem. Exilimo tamen fontem istius usus adhuc altius esse repetendum, eumque profluxisse ab ave alas tremulum concutiente quod etiam speciatim continetur sub اخفف.

فشحن للرحلة غرام عزمته

Et acuit ad discessum aciem suae intentionis. Scholiastes breviter id

جعل للعزيمة حدا

مصقولا علي جهة المبالغة في

تعجيل السفر Dedit proposito

aciem expolitam, ad indicandum studium properandi itineris, غرام

acies, a غر, habet rariores quoddam usus, de quibus alibi forte commodius.

وظعن يقتاد القلوب بانرمته

Et migravit sequentibus ipsum coram dibus in capistris ejus. Figuræ vim ita enucleat Schol. جعل نعلق

قلوب اصحابه عند فراقهم

وحده

فَمَا رَأَيْتَنِي مِّنْ لَّاكُنِي بَعْدَ
بَعْدِهِ وَمَا شَأْنِي مِّنْ شَأْنِي
لَوْحَالِهِ وَلَا لَأَخَ لِي مَدَّ نَدَّ
لَفَضْلِهِ وَلَا ذُو خِلَالٍ جَسَلٍ مِّثْلٍ
خِلَالِهِ

وحينئذ لي كأنه قد ربط
فيها ائمة وقلدها بها معه

Facit affixa ei corda sociorum, eorumque erga ipsam desideria, tamquam capistris ab ipso religata, qua secum abduxerit. ظعن est Hebr. *ظن*, Thade ex dialecto in da mutato. *يقتان* 8. conj. a *قاد* duxit. *venit* equum. Eadem vis nonnunquam in 8. quamvis & passive ea

usurpetur. *لئمة* est plur. fr. a *لئمة* *funiculus annexus annulo, qui per nasam cameli trajicitur, ut eo regi possit. Ei alligatur habena.* Est ergo proprie *Capistrum*; quod Chaldaeus quoque *כס*. Illius *capistri* usus latissime se diffundit per figuras ac metaphoras diversas *Hijf. Tam.* 343. *القي الي يده*

من ذلك الامر *نرمامة*

Manni illius injectis rei gerende capistrum. Pro Rem istam ei demandavit exequendam, eiusque ductui ac arbitrio permisit. Alio adpectu

projecit Capistrum ejus, vel نرمامة *Laxavit* *Capistrum ejus* valere potest, cum suo ipsius arbitrio tradidit, ut grassetur pro libitu. Inde explicandum pato Ps. 140: 9. *כסו מל נרמא* *Capistrum ejus ne laxet; & restituo derivatum כס* pro *Capistro*. *Ra-dix نرم* *capistravit, alligavit* *mentum, varias quoque metaphoras admittit, inter quas تقدم*

aggressus est aliquid, strenue, audacter; in bonum, in malum, pro materia ac serie. Habes originem Hebraei כס deliberatum, decretum, destinatum quid habere, & ita aggredi. Latinis *destinare* antiquitus fuit *vinculo ferreo ligare*. Inde *destinare* quid *apud animum & in animo*; item *destinare absolute*. Sagaciter id jam subolfecerat *Coccejus*, quum *כס* conferens cum Chald. *כס* *capistrum, addit, Decretum animi; est quaedam ejus constricção.* Haec alibi deducenda, & uberiori luce perfundenda. Nunc tantum habeatur adhuc e Ps. 17: 3. *כס כל יעבר פי*
Lau.

Post hujus antem longinquum discessum, nullus eorum, qui se mihi aggregabant, placere, nullus, qui me ad consortium suum alliceret, desiderio commovere; neque mihi apparuit, ex quo aufugerat, qui excellentiam illius æquaret, aut

Languent, neque ex facili fluunt versiones. Rotundissimus erit sensus, si prisca notio assumatur, Capistrum alligavi, ne transgrediatur os meum. Notter Harivius Conf. 27.

لَمَّا نَزَمْتُ اللِّسَنَةَ
quam Capistrata fuissent lingua;
pro conticuisse. Et Conf. 11.

فَرَمَ اللَّغْظَ إِنْ نَدَّ فَمَا أَسْعَدَ مِنْ نَرَمٍ

Et capistrat sermonem, si vagatur: felicem vero, qui ita capistrat.

مَا رَاقَنِي مِنْ لَاقِنِي

Non placuit mihi, qui adhaerebat mihi. Prius راق proprie Clarum fuit vinum. Inde improprie placuit, pulcrum, praeclarum, optabile visum fuit. Sic Sebul. Deinde لاق est لصق adhæsit, تَع associavis se. Notiones diversæ hujus thematis meæ. je pendent a mo'li & concinno, referuntque originem suam ad ليق Gossypium, sericum, lana carpta, in usum hunc vel illum molliter concinnata.

وَمَا شَاقَنِي مِنْ سَاقِنِي

Nec desiderio me affecit quisquis impelleret me ad consortium suum. شاق Desiderio affecit res, med. vav, consonat cum Hebr.

unde npon desiderium. ساق egit, adegit, impulit, propulsi, habet derivatum ساق p'crus, & سوق سوق forum; quæ quomodo digerenda videantur, & in concordiam redigenda, Origines declarabunt.

&c. &c. Verbum لاح micuit, splenduit, apparuit, præsertim in re lata & plana. Ejus derivatum est لوح Omnis res lata ac plana, sive lignea, sive ossæa, sive alterius materiæ, quæ procul micans, oculos ferit. Tabula. Album. من Midz pro mo contractum, ut supra vidimus. نَفَّ aufugit, vagatur

خَلَالَهُ وَاسْتَنْسَرَ عَنِّي حَيْثَا لَا أَعْرِفُ
لَهُ عَرِيْنًا وَلَا أَجِدُ عَنْهُ مَبِيْنًا

ندید & ند. נדר gatus fuit, est
est par, similis. فضل excellētia
& præstantia virtutis. خلال

plur. fr. a خَلَّة proprietas, quali-
tas, præsertim bona. خلال
Dominus proprietatum pro eo qui
præditus est omnibus bonis ac donis
natura. Radix est خَل propria,
peculiaris, priva fuit res.

استنسر عني Latuit à me
avulsus. In Luna vel stella occiden-
te, نَوّ noctes quasdam delitescēte
amat usurpari hoc verbum; quod
proinde optime hic quadrat. Est
10 Conj. thematis سسر cujus
derivatum سسر ssonum, secre-
tum. سسر pars umbilici qua refeca-

tur in nativitate Hebr. שרשר Esecb.
16: 4. שרירות לב umbilicatio,
ut sic dicam, cordis. Interior ejus
corruptio, altissime retrusa. •

سالتس. Lustrum leonis,
a عرن trajecto per naves cameli
ligno capistravit eum. Etiam fam.
form. عرينة. Teblebius ad Conf.
9. annotavit Haririum adhibere
id vocabuli pro urbe, vel sede in
qua quis degit, esseque ejus اصل
originem بيت الأسد domum Leo-
nis, at بالحقيقة جماعة

الشجر vere vim sitam in multi-
tudine arborum. Falluntur tamen
Scholiastæ, quum putarunt simpli-
citer Lustrum leonis ab Haririo
usurpari pro quavis sede; nam
semper sedem quandam inaccessam
& difficilem innuit Sic Homerianus
quidam in Hamasa.

كانما الاسد في عرينهم
ونحن كالليل جاش في قتمه

Illi quidem ut Leones erant in lustris suis:
At nos instar Noctis, quæ densis ingruit tenebris.

aut qui tantas dotes collegisset : quum interim ille diu a me avulsus delitesceret, nec lustrum ejus noscitare, aut indicium ullum reperire possem. Postquam autem e peregrinatione

K

Comparat, ait Tebrizius adversarios Leonibus in arundinetis cubantibus, suamque gentem cum nocte ingruente, qua nox a nemine pellatur, sed ad omnes victrix intret.

والعرين اجمة الاسد ثم يسمى

مقتتل القوم عربيا

عساكر تقشي البفس حتي كاتني

اخو سكرة دارت بهامته الخمر *

Exercitus irruunt in animam; haud secus ac si
Frater ego temulentia; cujus caput rotat vinum.

كرو

وحروب الكروب وشرى شر الحسون
وانتباب النوب السود حتي صغرت الراجة
وقرعت الساجدة وغار المنبع ونبت
المربع

كروب etiam est plur. a
كرب Cberb, moeror, angor,
cujus thema كرب est anxiet
animus, pressive dolor. Cave
credas primarium, quamvis prin-
cipem locum occupet in Lexico.
Posset derivari ab arando, terram
aratro invertendo ac sollicitando, quod
etiam كرب, prout sollicitare

humum Latini, & sollicitare ani-
mum dixerunt. Sed & ipsum illud
arare manavit ab antiquiore adhuc
notione, quam suspicor sitam
fuisse in secando, sculpendove, quum
quid inciditur, absque ut perferatur,
ac distrumpatur. Belgice Kerven.
Xapáron. Jam directe moerore:

dici possunt Xapáron; nam & nos
kervende forgem figuramus. Sic
nascitur Etymon commodum &
كرب Cberub, non aratoris vituli,
sed potius arati, exarati, exsculpi,
Hieroglyphi: de quo tamen am-
pliare in alio, quam quicquam
definire.

Et وشرى شر الحسون

scintilla improbitatis invidorum
شرى forma collectiva scintilla,
favilla ardens. Unitatis vis residet
in forma fem. شرمة. Dicitur pro
utroque شرمة & شرمة. In
Hist. Tam. 127.

الشر كالنار تبدو حين تقدمه شرمة

Malum ut ignis est, prodit, eum terebraveris, scintilla.

Et p. 357. واطفاء عنهم ما
التهب من شرارى شرمة
ut restingeret ab ipsis, quod accen-
sum erat de scintillis malitia ejus
Iterum p. 366. تطاير شرارة
volarunt ejus scintilla
& maleficia. Apparet perpetua fere

conjunctio utriusque vocis شر
شر, ab eadem radice &
malus fuit. حسون invidus, col-
lective positum pro invidis. Reg-
nat tropus in stilo Arabum, qui
& in libro Jobi frequenter occur-
rit.

وانة

vitas, & moerorum impugnationes, & scintille pessimæ invidiæ, & calamitatum nigrarum repetitæ identidem incurvationes, donec Vola manus mansit vacua, & mansio gregibus
R 3 fuit

وانتياب النوب السود

repetita incurratio calamitatum nigrarum. Verbum نَاب med.

Vav, per vices subit, tective. Supervenit ei aliquid mali, ut Vices Latinis aliquid infesti adferri solent. Sic ergo نُوبَة notat Cosum

fortune, & quidem adversum. Ejus plur. نُوب. In 8. conj. etiam

انتياب iteratis vicibus accessit morbus, calamitas; cujus infinit.

انتياب. Ultimum. سود.

est plur. أسود Niger, nigrior, nigerrimus, ejusque feminini

سوداء. Ab hoc themate descendit secretum intimum. Nempe سوداء القلب Nigrum cordis u-

surpatur pro intimo arcano; pro quo & سواد القلب Nigredo cordis effertur. Res alibi fusius declarabitur.

حتي صغرت الراجة

Donec inanis fuit vola. Id est Vacua fuit innummorum, ut Schol. ait. Proprie صغر est sibilavit unde صغرة avicula. Sibilare videntur loca inania, domus supellectile, incolis,

vacua. راحة vola manus, راح راح flavit, perflavit. Item levis & expedita fuit manus in opere efficiendo.

وقرعت الساحة Et calva

evasis area. Sic proprie. Quod enim قرع signif. 7. apud Golium est Vacuum pecoribus fuit atrium; id originem traxit a 9. sign. Calvus fuit. Ita Schol. قرعت خلعت

من المال وصارت قرعا

Verbum hoc dicit vacuefactam esse aream pecoribus; & evasisse calvam.

ساحة Area subdialis inter edes, aut tentoria. Radicem statuo ساح,

cujus 7 conj. اتسع est انساح amplius & spatiosus fuit.

وغار المنبع Et scaturo sub-

sedis in terram. Verbum غار med.

Vav est venit in depressam, cavamque terram. descendi & descendit in terram aqua. In cavitatem altius depressus fuit & subsedit oculus. Derivarum غور fundus & immum rei, eleganter dictum inde بعين الغور procul diffiso fundo prædictus, in homine alsi pectoris, profundæque mentis. Hist. Tam. 404.

المربع واقوي المجموع واقض
المعد

كان فريد الطور بعيد
الغور لا يدرك لبجر
تفكيره قعر ولا يسلك
فسي طود تديره سهل
Esat singularis plane
indolis, profundi porquam fundi, sic
ut attingi nequiret in mari consilio-
rum ejus imam; neque penetrari in
celso monte regiminis ejus nec plana,
nec aspera via. Hinc مغارة
spelunca, סְפֵלָנָא, cujus them. עור,
non ערה. W cecus etiam hinc pos-
set deduci, cui visus veluti mer-
sus subedit. A מַמְרָא membrana
mallet Cocc. Habent etiam Arabes
عالم occaecavis. In part. عالم
Res occaecans oculum. Festuca. palea.

idem. Unde עור Chaldai-
cum. Dan. 2: 35. aliquid lucis cap-
pit. Est etiam phrasis Arabica
عائرة Copia, quanta imple-
re, ac velut occaecare possit oculos.
Nempe מַמְרָא עור מַמְרָא munus
excecat patula עַיְנָא acuta acie prædi-
tor, Exod. 23: 8. Sequens منبع
est الماء النابع aqua scaturiens
secundum Scholiasten; quamvis ipsa
etiam scaturigo posset intelligi.
Radix est نبع, נבע, scaturivit,
copiose ebullivit. exsudavit. eructavit.

Notiones hæ in Sacris tritæ. Pro
ينبوع, usitatus dicitur, منبع, נבע,
formæ נבע, unde in Conf.
13. noster dabit الحباء
Scaturigines donorum, in Divitiis
Munificentissimis. Liquet satis sca-
turiginem subsidentem esse emble-
ma tum Opulentia, tum munificen-
tia exarsacta ut sic dicam, atque
extincta.

ونبعا المربع
Es incommoda evasit mansio verna.
Monet Schol. المربع proprie esse
للمنزل في البريع
mansionem ubi ver est; ubi verna
ع abundans copia graminis. Idem
نربع, unde formula solennis

ما لوسع ربهم
quam spatiosa mansio verna eorum!
pro quam opulenti sunt & abundant
omnibus bonis rebus! Quam late
habitant, ع affluunt divitiis!
Verbum ربع lucem haud sper-
aendam adfert ربع, رבע, tum in
quarti & quadrati potestate, tum
in notionibus decumbendi & com-
cumbendi. Ejus derivatum ربع
Ver, figurate adhibetur per Viro
opulento & munifico. Docet id Te-
brizi ad Hamasa البحر والربيع
يشبه

fuit desolata, & scaturigo in terram subsedit, & verna mansio
evafit incommoda, & Celebritas in solitudinem abiit, & lectus ser-
pis

بهمما Cum Mari & Vere comparatur Li-
الجوان الكريم beralis generosus. In Moallekât.

وهم الربيع للمجاور فيهم
والمرملات اذا تطاول عامها *

*Hi Ver sunt recipienti sese ad eos;
Et viduis, quum earum annus longus est.*

Ea vis hic quoque attenditur, se-
culum, suamque munificam opulen-
tiam confert cum Vere, & hospi-
tium suum ac sedem, cum mansio-
ne verna ad quam undique con-
fluebatur; donec نبا, ex plana,
nulli, comoda evafisset incommo-
da, aspera, dura. Ita Teblebius

نبا المنزل باهله اي وجدوه
نبوة اي امرتفاعا غير وطى
ولم تمكن الاقامة فيه

Mansio במחלה נבה, quum invenit
tam convexitate elatiore pradam,
non planam ac mollem, ita ut ibi
nequeat subsistî amplius. Verbum
hoc illustratum, & Hebræis etiam
vindictum in disp. 1. de def. par.
25.

واقوي المجموع

Et in solitudinem abiit celebritas.

Thema اقوي quatuor notionibus
apud Golium pollet, vel quinque
potius, Robore ac virtute superior fuit.
Validus fuit, ac robustus. Homini-
bus vacua ac deserta fuit domus, statio.
Inbibita fuit pluvia. Valde fameli-
cus fuit. Ad concordiam in tanta
dissonantia tentandam, præmit-

tam Teblebium. خلا

واقفر والقوا القعر ومنزل

قواء لا ايس فيه واقروا

القوم نزلوا القواء واقوت الدار

وقويت اي خلت قال ابو

البقا ومنه اقواء الزراد وهو

نعاده قال تعالى تذكرة

للمقوين اي الذين ينزلون

القواء وهي القعر او الذين خلت

يطو

المضجع واستجالت الحمال واعول البعير
وخلت

بطونهم او مزاولهم من الطعام
يقال قويت اي لم
اكل شيئا كذا في
4 conj. اقوي *Forma* الكشف

est vacuum ac desertum fieri: & deriv. قوا *est desertum* herba *& aqua carens: itemque statio, domus, & قوا* appellatur, in qua nullus homo superest. In 4 conj. de hominibus in talem stationem desertam incidentibus; vel *& de ipsa domo deserti usurpatur. similiter in 1. conj. deserti fuit domus. Dixit Abulbeka, inde etiam est اقوا* viatici, quod est consumptio ejus. in Alcorano in memoriam rois مقوين exponitur, qui descendunt in terram قوا, id est desertam vastamque, vel quorum ventres sunt vacui: vel *& quorum per viatico destituuntur. Dicitur enim قويت* pro nihil omnino comedi. Sic in *Kesfchaf*. Est nomen *Lexici*, quod *Tebblebius* crebro laudat, cujus mihi desiderium incusfere haud pessimæ notæ specimina, abditas sæpe Origines verborum recludentia. Aliquid ansæ & hic mihi porrigi putem, ad harum significationum natales declarandas; innuitur enim in fine اقوي, quatenus *magnam in ediam* *& famem* signat, eas ortum tra-

xisse. Nempe primitiva potestas videtur figenda in *fune complicato ac contorto*. Inde *valuit robore, virtute, potentia*. Et قوة *mp funiculus, pars funis plexi & insorti: nec non, Robur, virtus, potentia. Corpore validus, robustus; proprie, ex inequalis crassitie partibus nexus funis. Ita גדול magnus, validus, firmus, potens, a גדל in torqueri emanavit, ut alibi monstratum. Idem illud complicare & contorquere, diverso flexu parere potuit Ventrem famelicum, quem Arabes vocant Complicatum. Sic usurpant verbum طوي compli-*

cuit & in se convolvit rem: Item, famelicus fuit, & in part. طايوي
Qui nihil comedit; quasi dicas, qui ventrem complicavit super longa inedia. Audiat *Tebblebius* الطوا
الجوع لان الاحشاء اذا
امتلات من الطعام انتشرت
واذا فبرغت منه انطوي
بعضها علي بعض

Complicatio est Fames, quoniam viscera, quum reserta sunt cibo, explicantur; sed quum vacua sunt cibo, complicantur alia super aliis. Disce hinc emphasin vocabuli *Dan. 6: 18. incoenatus; vel potius incoenato, complicatis visceribus, secundum*

pis fuit stratus, & status in totum immutatus, & familia ad-
ejulatum redacta. Sic ut desertis omnibus stabulis æmuli quo-
que

S

cundum originem; cum *Than* fervili; quod quum radicale cen-
feret Cl. *Hott.* in *Lex. Harm.* apud Arabes reperire non potuit.

Ad eam jam rationem & قَوِي devenire potuerunt in signi-
ficationem Valde fameliciatque om-
ni cibo vacui, indeque porro ex-
tendi ad vacuas peras, vacuas do-
mos, mansiones, terras. A torquendo
sub قوي, natum قِي, fumis,
funiculus, linea: قِي similiter
funiculus: قِي 1 Reg. 10: 28. ne-
sum, glomeratum, idem ferme quod
قِي a قِي, cui lucem fert قِي
ut alibi latius pandetur.

وَأَقْضَ الْمَضْجَعُ *Es scrupis*

stratus fuit accubitus. Verbum قَض
est glarea similibusve durioribus rebus
incommodus fuit ad decumbendum

locus. In conj. 4. أَقْضَ idem.

Derivata duo قَض & قَضِض

signant glaream majorem ac mino-
rem, unde proverbialis locutio

جَاوَا قَضَهُم بِقَضِضِهِمْ

Venerant magni simul ac parvi. In

Hist. Zam. p. 158. وَاَقْبَلُوا

بِالْقَضِ وَالْقَضِضِ

*Et advenerunt cum glarea magna
ac parva sua. Adde p. 241. & 341.*

القَضِ الْحَصَا الْكَبِيرَ *Teblebi.*

وَالْقَضِضِ الْحَصَا الصَّغِيرَ

وهذان اللغتان بمعنى الكل

*Forma قَض est glarea major: قَض
minor: & hec dua vocula*

sensu universi veniunt. Dein مضجع

cubile, omnis locus ubi recumbitur

a مضجع decubuit in latere, pul-

chram hic format imaginem, qua

Cubile glarea instratum ex genio A-

rabiæ pingit Fortunæ asperas. in

Hamasa مضاجع cubilia præbent

كناية عن الزواج

كرام & نكاح, ut dixi: figuram uxorum,

Nobiles cubilia, sunt

matribus generosis orti. Forte ad

torum conjugialem etiam hic respe-

xit Haririus.

وَأَسْتَحَالَتِ الْحَالُ

Et immutatus fuit status. Prius est

in conj. 10. ab حال med. vav,

versus mutatusque fuit. Inde etiam

alterum حال status, speciatim præ-

وخلت المرابط ومرجم الغابط
واودي الناطق والصامت وبرثني
لنا الحاسد والشامت والنا
للدمر

præsens, unde & pro tempore *præ-*
senti apud Grammaticos usurpa-
tur. Eleganter *Algazali* في

statu præsenti, الحال والمال
في الحال *ac futuro*. Est etiam

statim. Heic loci ponitur pro *statu*
fortunarum beatiore; quæ vis etiam
residet in phrasi *الحال* مشي به
foetificavit ei status, id est *dives e-*
vasis ut redditur a *Pocok*. in *Hist.*
Dyn. p. 324.

وَأَعْوَلُ الْعِيَالِ *Et altiore*

voce ejulavit familia mibi sustentan-
da. Subthemate *عال* media *vav*,

ordinatur quoque *عَوَّلُ* *ejulatus*,
& *عولة*, & *عويل*, a sono *e-*
julantis conformatis istis vocibus;
unde & *عَوَّل* *conj. 2.* Itemque
اعول *conj. 2.* cum clamore, *altio-*
reque voce ejulavit. Nobis *Huilen*,
similiter *δωρματοποιουμένων*. Alte-
rius originis est *عيل صبري*
in passiva forma radicis nostræ;
Victa fuit patientia mea, a *præpon-*
derando: est enim *عال* in origine,

propendit ad iniquitatem iudex: ex-
cessit, declinavit a justo & vero.
Hebræorum חָיָה iniquitas sic orta.
Porro gravis, difficilis, molesta
fuit res; quasi præponderavit. Alio
adpectu, superior fuit vicique,
id est præponderavit. Iterum *susten-*
tavit aliusque familiam: numerosa
fuit familia: multos domesticos sus-
tentandos habuit. Et hoc a *pondere*
prægravante derivatum autem.

Hinc jam nostrum *عِيَال* *Fa-*
milia, domestici quos quis sustentan-
dos habet. Proprie *prægravans pon-*
dus ac sarcina. Confer quoque sub
عال, med. *je*, vim *Egeni*.

وَحَلَّتِ الْمُرَابِطُ *Et vacua facta*
sunt stabula. Posterius *مرابط* est

plur. fr. a مُرَبِّط locus ubi quid re-
ligatur; speciatim hic designans
المواضع التي يربط فيها المال
loca ubi pecora religantur. Thema
ربط *ligavit, revinxit.* Prius
3 sem. præ. a vacuus خلا
& *desertus fuit locus; unde nu-*
mero 6. apud Golium habes خلا
mortuus fuit; ad ver-
bum

que miserarentur, & opibus vocalibus simul mutisque pessum-
datis complorarent nobis invidi, & alterius malo lætantes.
Eo autem recidimus, fortuna nos affligente, & inopia nos

S 2

bumi

bum, Vacesactus est locus ejus.

وَرَحِمَ الْقَابِطِ Et commiseratione affectus est invidus.

Cum Hebraeo □□□ per omnia convenit
50

رحم, uterus, propinquitat uterina; nec non uteri ac viscerum illa commotio, quam per σπλῆνι-
ζος da: expressere Græci. Sic apparet, qui consistant, unaque in sede morentur, misereri, tenero affectu

duci, & ex utero laborare, quæ

cernes apud Golium sub رَحِمَ

Sequens غابط est part. pres. rû
Amulatus fuit, optavit iisdem pati-
ri bonis; præsertim citra invidiam.
Significatio illa miros habet nata-
les; nempe غبط proprie est com-
trectare quid, & explorare quam
pingue sit. Facit huc illud Hora-
tianum.

Invidus alterius rebus macrescit opimis.

وَأَوْدِي النَّاطِقُ وَالصَّامِتُ

Et perit loquens silensque. Id est
opes qua vocales; ut pecudes, qua
muta ac voce omni carentes, ut au-
rum, argentum & similia. Scholias

الناطق من الحيوان مثل

بقر وغنم وابل وسميت

ناطقا لاصواتها والصامت

الذهب والفضة والمتاع

Loquens sive Vocalis dicitur de be-
stis, ut bubus, ovibus, camelis;
quia vocem mittant. Tacens autem
notat aurum, argentum, supellectile.

Confer Golium sub نطق locutus
fuit, & صمت si fuit.

وَأَلْنَا لِلدَّهْرِ الْمَوْقِعَ

Et rediimus per Fortunam adversam

&c. Ab آل med. Vav, rediis, e-
vasis, exitum & finem habuis, qua
bonum, qua malum, est in i plur.

prat. أَلْنَا Rediimus, illuc tandem
evasimus, eo sumus delapsi. موقع

in part. 4. a وقع & quidem
cum fragore, unde omnes signifi-
cationes hujus verbi pendent lu-
cemque capiunt. Est Hebræum
pp, nam & Arabes dicunt وقع
عنه

للدهر الموقع والفقر المدقع السي
ان اجتذينا الوجي واغتذينا
بالشجي واستبطنا الجوي
وطو

avulsus fuit ab illa re; *aversa-
tus* est eam. *ypm* quid supplicii sig-
net, arduum est determinare.
Secundum originem suam sonat,
Cadere facere cum fragore. Id posset
referri ad *rupta in rotis membra*;
posset quoque ad *crucem ipsam*.
موقع *pass. part. 2 conj.* Speciatim
exponitur, *Malleo Contusus*. Ad
usum *Hariri* pertinet alia adhuc
Glossa, qua eadem forma designat
Obrutum & obritum malis. In 4.
وقع *Cadere fecit in arumnam*,
quæ واقعة vocatur, participiali-
ter.

Et paupertatem

humii adfigentem. Verbum فقر *fre-
git* vertebrae. *Infregit* dorsum.
فاقر Calamitas; quasi dicas *ver-
tebras frangens* malum. Media
Dammata hinc فقر *pauper fuit*,
tanquam *infractus dorsum ac ver-
tebras*. Hæc origo attenditur a pro-
fundissimo nostro Literatore, ad-
jecto vocabulo مدقع, quod est
part. 4. 2 وقع *inbasit, affixus fuit*
terræ; præsertim *Præ miseria ac*
paupertate. نقع In Golio سوء

que Glossa non
est conversa. Valet ea *male susti-
nere paupertatem*, quum videlicet
vertebras illa frangens adfigit humi,
affigitque.

الي ان اجتذينا الوجي

Illuc, ut Calcearemur urentis dolo-
re calculi. Insignis figura. Verbum
وجي in Golio est, *Laboravi ex*
angula, eam attenuatam tritamve
habuit equus. Scholiastes clarius.
الوجي التوجع في باطن
الغدمين من الحفا يشير
الي النعل بعد للحفا حتي

Vox נא notat
dorem in interiore parte pedum ex
discalcatione: significare autem vult
discalcationem venisse post usum
calceorum, ita ut male urerentur ac
dolerent pedes ombo. Discent hinc,
qui fixas & finitas amant notiones
quid Hebræis fuerit נא, unde נא
moeror, dolor, & נא dolor affe-
cit. Proprie affixit pedem calculis,
scrupulis, asperitate. Inde incussis
scrupulos anxietatum, iisque male
torisit ac divexavit. Sed hæc alias.
Præcedens اجتذينا calceavimus
nos, in 8. ab جذي, cujus
اجة

bumi affigenis, ut scrupulis pedem urentibus calcearemur, & angore guttur praecludente nutrire, & dolorem ventris intus admoveremus; Visceribus longa super inedia Complicatis. Et

S 3

ocu-

cal- انتعل exponitur اجتذي
ceum indutus fuit. Mirifice dictum,
Calceati sumus dolore laborantis ac
male usi pedis; quod innuit illum
nudi & laniati pedis affectum suc-
cessisse in locum Calceamenti: ac
pedi arctissime adbasisse, eumque
totum occupavisse.

واغتذينا بالشجي

Et nutriti sumus angore prae-
focante. Thema غذا ult. Vav & je est aluit,
nutrivit. Inde 8. nostra اجتذي

شجي, nutritus fuit. Alterum

est alio qd anxius moes-

tusque fuit. Proprie, Re aliqua in
guttore prae-focatus fuit, idem quod

غص in faucibus pressus fuit cibo,
potu, haerente; & metaph. anxie
oppressus fuit moerore, aliave re,
quam expedire non potuit. Ejus

derivatum شجا i. q. غصة

praelusio gutturis, teritur pro om-
ni molestia prae-focante quasi. Hist.
Tam. p. 70. Innuit quidam eorum
Sjab Jabja ut obtruncaret Timu-

rum, ويرفع عن العالم هذه

الغصة tolleret e mundo hanc

prae-focationem, hanc arumnam prae-
focantem. Sic in formula solenni

اسخ لي غصتي Afig li Gotsfati,

qua auxilium petitur, Descendere
mibi fac quod galam premis. Tale
auxilium levati gutturis, discussive
angoris expressere Hebraei per
גורן, non a גור, sed a גור. Vim
vocis nostrae, granditatemque si-
mul figuræ sic explicat Schol.

الشجي ما يعترض في

الحلق يختلف به وكني

هذا عن شدة الحال

والشجي ليس هو بغذاء

بل هو مشقة وتعب لكنه

بالغ في وصف شدة حاله

فقال انه انتعل ما لا ينتعل

به ويغتذا بما ليس بغذاء

Vox hæc notat quid existens in gut-
ture, quo suffocetur. Id inservit pro
figura calamitosa conditionis. Prae-
focatio autem non est nutrimentum,
sed molestia qd arumna; attamen
eo usque proventus est in descriptione
miserrimæ suæ conditionis, ut di-
ceret se calceatum fuisse eo, quod non
calceatur; qd nutritum eo quod nutri-

وطوبنا الاحشا علي الطوي واكتحلنا
السسهان واسوطنا الوهاد واستوطانا
القتاد

nutrimentum non est. Potuisset dexterius adhuc emphasin declarasse, se calcatum fuisse eo ipso quod pedes laderet & laniaret; ac nutrimentum eo ipso quod corpus affligeret atque emecaret. Eiusdem naturæ sunt phrasæ in Sacris חמץ ומים לחץ 1 Reg. 22: 27. Cibare pane angustia, & aqua angustia, per appositionem in utroque membro. Et Esaj. 30: 20. נתן לכם לחם ונתן דבש ונתן חמץ ונתן חרץ Et dabis vobis panem angustiam; & aquas oppressionem. In quibus formulis לחץ potest speciatim quoque signare præfocationem & angorem clausi gutturis.

Et pro **וַאֲסִתְּבִטְנָא אֶלְגֹּוֹי**

ventris fomento sumptus cruciatum ventris. Eiusdem coloris est & hocce, ait enim pro ventris fomento nihil aliud potuisse applicari, quam id ipsum quod ventrem discerniaret, ac interiore aestu consumeret; Vel Ardorem & aestum ventris ipsi fuisse unicum ventris fomentum.

جوֹי apud Golium est ardor, combustio. interior amor, vel dolor, ejusve vehementia; item aqua sœtens.

Radix جوֹי Vehementi astuavit

amoro, vel moerore. Male habuit aninus, abhorruitve. Corrupta

fuit footnitque aqua. Hisce conciliandis subserviet, quod Schol. hic monuit, لاجوي فساد الجوف

voce hac indicari

corruptionem ventris, & viscerum ejus. Addatur Teblebi, qui مرض

Morbum cordis exponit, sive ex amore nimio sive ex moerore, quum nempe Cor intus aestuat, & corrumpitur quasi cum quodam fœtore. Præcedens استبتنا est

1 plur. præter. in 10. a بطن intimus, interior fuit. Ventrem affecit. In ventrem pervenit, ac penetravit. Ventrem doluit, & similia, quæ a

بطن succreverunt, medium, intimum, partem anteriorem, Ventrem notante. Ejus 10. Conj. valet, sub ventre suo ponere aliquid suppositumque tenere, nempe fomenti loco. Commode Schol.

imposuimus جعلنا في بطوننا Ventri nostro.

وطوبنا الاحشا علي الطوي

Et complicavimus viscera super inedia. Est ex intimo Arabiæ genio depromptum, ubi viscera complicata figuram præbent gravissima famis ac inedia. Supra jam adductus

oculos perlineremus insomnia, & in depressis Vallium habitare-
mus, & Clitellarum penitus obliti foremus, & beatam prædica-
remus

Tebibii locus, quo locutionis origo declaratur. طوي compli-
cavit & in se convolvit rem, affini-
tatem habet cum نوى nevit, glo-
meravit. In gratiam Philarabum
illustrabo Glossas apud Golium sub
طوي prostantes. opplevit pu-
teum, quasi dicas complicavit. Item
peragravit regionem, veluti com-
plicatam ac permensam. طوي
كشع انimum applicavit ad
aliquid, sequente علي, Proprie-
latus suum plicavit super re aliqua.
Alia metaphora istud طوي
كشع Plicavit latus suum super
re, est eam celavit. Quin imo
كشع طوي Complicavit latus
suum reperio quoque, pro gracilis
ac tenui ventre præditus fuit, in
Hamasa; ubi junctim insuper ex-
tat.

طيان طوي الكشح *

Famelicus, complicans latus.

Huc facit etiam طو pro طوي quasi complicavit, plicando dupli-
cavit. In derivatis طية, est
Tenuis, seu plicabilis, ventre.
Porro sequente عن a, valet aver-
sus declinavit a re, quasi replicavit
se ab illa. Et alia structura, acces-
sit considendi, commorandive ergo,
id est, applicavit se. Sequitur jam,
dedita opera nihil comedit, quod
est, complicavit Ventrem suum aut
viscera, unde طوي Plicatus.

Plicatilis; &, qui studio nihil co-
medit. طيان & طوي Fame-
licus, نوى ut dudum monui. De-
nique طوي iteravit, bis fecit,
quasi complicavit, plicando dupli-
cavit. In derivatis طية, est
modus plicandi, aut convolvendi;
itemque intentio, propositum: ut
& طوية, conceptus interior animi.
A complicando videlicet. In Hist.
Tamerl. p. 385. وقد اضمر شرا
كثيرا وطوي في
باطنه قارا وقيرا
Tamque animo conceperat malum
multum, & compliquerat in interiore
sinu omnigenam picem. Aliam adhuc
locutionem pervenistam habes in
طويته علي. Adag. Gol. p. 101.
دلالة

السقيت باد وتناسينا الاقتاد واستطينا
الحسين المجتاح واستبطاننا اليوم
المتاح

Complicui ipsum super succo طويت السقاء
suo. Plenum, Complicavi utrem super
madore suo. Inde Complicare su-
per succo suo aliquem, est eum to-
lerare cum vitiis suis, ob aliquid
boni quod in eo superest. Phrasin
complicati ventris adhibebit quoque
Noster in cons. 9. infra. طويت

الحشي علي سغب خسا

Complicui viscera super esuritionem
sotos quinque dies. Habes simul sing.
a rad. احشاء, a media
Fav, replevit, farcivit.

وَأَكْتَحَلْنَا الشَّهَادَ

Et pro collyrio oculorum illevimus
insomniam. Persistit in figuris au-
daciorebus cumulandis. كحل
est illevis sibi oculos, In 5.

كحل sibi illitos habuit oculos.
8. nostra اکتحل idem. Ele-
ganter hinc dicunt لا اکتحلت

Non illitos habui oculos col-
lyrio contractionis palpebrarum, pro
ne momentum quidem dormivi, ne
nicku quidem oculi somnum percepi
eove sum recreatur. Scilicet ut
Collyrium, sic somnus oculis ve-

luti illitus, recreat, & sedat mole-
stias, quas oculo incalescente عين
consignant Arabes. Hinc
jam dignitas, gravitasque figuræ
nostræ elucet: ait enim insomniam,
gravissimam molestiarum sibi tan-
tum relictam fuisse ad acerrimum
cordolium sedandum. Videlicet O-
leum flammæ infusum. سهاد
est ἀγρυπνία talis, quam quis pe-
nitius dormire non potest. Radix سهه
insomnis fuit. Vigilavit & quidem
perpetuo.

وَأَسْتَوَطْنَا الْوَهَادَ

Et consedimus in vallibus. Hoc
vero quid malæ portat miseræ?
permultum. Audi Teblebiam,

الوهاد ما انخفض من
الارض ولا ينزلها الا
الضعفاء من الناس
الذين لا مدافعة لهم

Wibad vocantur loca depressiora ter-
ra, quæ non habitantur nisi a pau-
perimis hominibus, quibus nihil
est defensionis ac presidii. Addit

Scholias. جعلوا الوهاد
وطنا لغورهم حتي لا يري
نارهم

remus Conditionem exitio jam datorum, ultimaque fata ut lenta nimis incusaremus. Num jam liber aliquis & ingenuus est
T qui

ناهم للضيوف Fecerant valles
domicilium ob inopiam, ut ne ignis
eorum conspiceretur ab hospitiibus.
In Collibus & montibus nempe opul-
tentiores domicilia figunt, tum
ut satiores sint, tum ut hospitalis
ipforum ignis procul reluceat, mul-
tosque alliciat. Ergo in vallibus
residere miserimum sordidissi-
mumque. Ceterum وهاد est
plur. fr. a وَهْدٌ terra depressa,
cava, declivis; a وهذ stravis.
وطن est 10. conj. a وطن
consuevit alicubi, & دنا moram
traxit.

استوطانا القتان Et calca-

remus spinam asperrimam. Vel
potius, Et tragacantham mollem
& commodam reperiremus. Iterum
Schema audaciusculum. Radix
وطا, seu وطي Elif mobili, ac
radicali, est calcavit & quidem
terram mollem ac planam. Inde
etiam intransf. وطا med. damm.
est, Equabilis, expansus, commo-
dus, mollis fuit locus, lectus. Inde
in 10. استوطا mollem, commo-
damve comperit locum, lectum
&c. &c. Ergo sensus est, tam
asperam fuisse fortunam, ut ipsam

tragacantham, id est summeam &
asperrimam miseriam, reputaret mol-
lem ac commodam præ illa, qua
conflictabatur. القتان Arbor acu-
leata, Tragacantha, Proverbio
celebratur, pro difficillimis asperi-
misque rerum: & formula خراط
القتان nodosam ac ineluctabilem
signans difficultatem, proprie valet,
Decorticatio Tragacantha. Explicui
pluribus in opere de defectibus L.
H. In Sacris quoque via Spinis
intersepata, vel spinetis aspera sub-
servit pro figura calamitatis insu-
perabilis.

وتناسينا الاقتان

Est oblitus fuimus Clitellarum.

يريد انهم نسوا ركوب
المطايا لبعدهم بها
مرجعوا الان يمشون علي
الشوك ويجدون طيا

Vult dicere ipsos oblitos esse vectari
jumentis, eo quod a longo usi non
essent, sed redacti forent nunc ut
super spinis ambulandum haberent,
quas & molles reperirent. Sic
Scholiastes, non sine aliqua tamen
confusione idearum, cui superior
nota medebitur. تناسي est 6.

conj.

المفتاح هل من حر آس او سمح
مواس فوالذي استخر جنني ممن قبلة لقد امسيت
لخا

conj. Verbi oblatus fuit, נָשָׂא.

Alterum اقْتان est plur. fr. a

قَنْدٌ Lignum selle camelina, seu
clitellarum. خشب الرجل

وَاسْتَطَبْنَا الْحَيْنَ الْمَجْتَابَ

Es beatum censeremus exitium ra-
dicatus perdens. Primum est 10 conj.

طاب bonus, jucundus fuit,

unde استطاب jucundum censuit

aut predicavit. Tertium in part. 8.

a جاح med. Vav, eradicavit,

in 4. & 8. perdidit, exitio dedit,

ab eradicando, unde جين مجتاج

exitium eradicans concinne hic po-

situm. Idem putem cum جاح

abrupit, exeditive fluxus terram.

Eam secundariam duco notionem,

a primaria cum impetu erumpendi

& inundandi, quam Hebræum נח

continet.

وَاسْتَطَبْنَا الْيَوْمَ الْمَتَابَ

Es lentum censuimus diem fatalem.

A بطؤ Tardus, lentus fuit, in

10. conj. nascitur Tardum segnem-

que judicavit. متاج part. 4. pass.

فاح med. Vav & je potissimum,

determinatum & definitum fuit quid,

suo modo ac mensura. Hinc اليوم

اليوم & πῆμα.

المفتاح

هل من حر آس Esne ex

ingenuo, medente? Sic ad verbum,

pro esne aliquis ingenuorum, qui

medeatur? Advertatur usus ele-

gans præp. من, & in

Bibliis occurrens. حر est حر

Liber, ingenuus. Origo pendet a

servore sub حر حر

part. آس حر

pres. in 1. pro آسي medens, ab

أسا ult. Vav sanavit, &

Cbald.

أو سَمَحَ مُوَّاسَ

Aut ex munifico, solatium præbente.

Constructio continuatur per من.

Ab أسا sanavit, in 3. existit

pro آسي solatus fuit;

præsertim munere aut beneficio.

Ejus part. مُوَّاسَ pro مُوَّاسَ

præcedens سمح Beneficus, li-

beralis &c. proprie est enodis, fa-

cilis-

qui medeatur, aut munificus, qui soletur? per enim Eum, qui me Kaila profapiam fecit, frater sum factus egestas-
T 2 si,

cilisque ad donandum, condonandumve, unde & mitis ac clemens exponitur. Potest etiam latum signare, quæ metaph. Hebræis præsertim trita, quamvis nec superiores illas sermo Biblicus ignoret, subnot. Supra jam commonui.

فوالذي استخرجني من قبيلة
Per sane Eum, qui me oriundum fecit e Kaila. خرج. exivit, usurpatur pro natus, ortus est; ut xy. Ejus 10. استخراج. extraxit, derivavit, hic valet fecit genus ducere. Harum notionum nulla mentio apud Goliam, ut nec aliarum bene multarum, quas sola librorum lectio suggerere potest. Jactat hic Abuzeidus, sese Gassanidarum e sanguine descendisse, nam ut Schol. tradit, قبيلة هي لم الوس

والخزرج وهي بنت الـرقم
الغسانية وانتسابه هذا القبيلة
كانتسابه قبل هذا

Kaila est Mater
لاقيال غسان
Ausu & Cbarzesji, Filia Arkamis, Gassanidarum e stirpe. Itaque quod genus referat ad hanc Kailam, est quod ante jam genus eum referre vidimus ad Principes Gassanidas.

Respicit ad Conf. 2. ubi nunc Gassanidas nunc Gassanidas proavos jactat. Hujus Kaila mentio fit apud Goliam in voce اوس quod est nomen tribus Arabia scilicis, cujus primus pater Aus filius Kaila fuerit, & frater Alchazrezji, a quibus duobus prodierint الانصار sive Adjutores Mubammedis. Lege ex Scholiaste meo Alchazrezji. Ab hac Kaila, nobilissima Gassanidarum propagatrice Kailensis titulus inditus est confessui nostro.

لقد اسميت اخا عيلة
Profecto factus sum Frater paupertatis. اسمي est 4. conj. 2 منسا ult. Vav, cujus derivatum منساء notat vespertinum tempus. Inde in 1 conj. venit vespertino tempore: & in 4. Fuit evasitque vespere, & absolute, Fuit, evasit infelix. Nempe ut اصبح Fuit evasitque mane, usurpatur generalius pro evasit, præsertim in lætis & auspiciatis rebus; sic nostram اسمي pro evasit adhiberi amant, in tristibus & inauspiciatis. Porro عيلة egestas, a عال med. je, eguit; Frater paupertatis, quid adferat ex Arabismo, docet Teblebius ad Conf. 5. in quo est اخو سغاري Fra.

اخا عياة لا يملك بيت ليلة قال
 الحمارت بن همام فاويت لمفاقره
 ولويت الي استنباط فقره فايزرت
 له ديناراً وقلت له اختبئاً ان
 مدرجته نظماً فهو لك حتما
 من غير انتحال وانبري ينشد في الحال
 من

Frater peregrinationis, ubi ait *fuit*, *med. je*, est
 العرب تقول اخو كذا لمن *penus, alimentum*; unde
 يلائم ذلك الفعل كثيراً *commeatus noctis. Quan-*
 فيقولون اخو الحرب اي *tum uni tantum nocti exigende*
Arabes dicunt Fratrem *sufficit.*
rei illum, qui in actione aliqua assi-
duus: sic fratrem belli vocant, qui *Et condolui*
creber est in eo. In Conf. 13. اخو *summa ejus egestati. او ي* *Tene-*
Frater suspicionis, est mul- *مفاقر* *riore affectu commotus fuit.*
sum suspiciosus, vel vanis opinionibus *apud Golium comparat sub formula*
indulgens. Et البث *Expleat Deus*
Frater tristitia ibidem. In Hamasa *inopiam ejus. Proprie Obstruat et*
Frater molitiei vel *rejascias Deus infractioes verte-*
submissionis. Talia infinita genius *brarum ejus, ut supra vim radiceis*
lingue admittit. Sic Jobus sese *in vertebra infracta, & egestate*
Fratrem verminantis pu- *vertebram frangente jam aperui.*
treddinis facit, quum Cap. 17. cam *Est autem مفاقر plur. fr. a forma*
appellat suam sororem. *مفاقر, quam Lexica omisere.*

Qui non *ولاوَيْت الي استنباط فقره*
possidet victum noctis. ملك *Et inclinatus fui ad eliciendam ryth-*
alia possedit ut dominus, compos *micas vertebrae ejus. Firmat Lin-*
 guæ

ti, qui nequidem quo pernoctet, penum invenit. Dixit Harith Ibn Hemmam, miseratus ego fui hominis summam inopiam, simulque inclinatus fui ad *catenatum* vertebrarum in morem *sermonem rhythmicum*; expromsi itaque ei denarium, & exploraturus cum adjeci, si tu nummum hunc versu collaudaveris, *decreto* veluti *judicis tibi maneat assignatus*.

T 3

guæ suæ callentissimus *Haririus*, quod dixi de Origine *egestatis* sub *فقر*, atque *فقير* nostro, *Fakyr*, *egeno* *infractis* *vertebris* *jucenti* attribuit *فقر* *Fikar*, *Vertebras* ele-

gantissime *nexas* *rhytmorum*, quales superior ejus oratio nempe contexuerat. Est *Fikar* plur. fr. a *فكر* *Fikrah*, *Vertebra*, & *Monile* *vertebratim* *confertum*. Inde porro *Articulus* *elegantior sermonis*. Si *militer* *desinens* *periodus orationis*. *Rhythmus*. Præcedens *استنباط* inf. 10. a *فبط* *scaturivit* *aqua*; unde *استنبط* *elicuit*, *evocavitque* *tanquam* *e* *scaturigine*, *ac* *viva* *vena*, *scientiam*, *ingenium*, *poesin* &c. &c. Cum *لوي* *convenit* *Hebr.* *לוי*, *cujus* *potestas* *minus* *dextre* *edita* *fuit* *hactenus*. *Arabibus* *proprie* *est* *flexit*, *plicuit*, *torisit*, *per* *diversas* *metaphoras* *quaqua* *versum* *se* *inflectens*. Hinc jam *לוי* *est* *circumplicari*, & *arctissime* *illigari*. Alio *adspectu* *illigat* & *obligat* *nexu* *æris* *alieni* *creditor*; *obligaturque* *debitor*. *לוי* *est* *serpens* *contortuplicatus*. *לוי* *est* *opus* *nexile*, *plexile*, *tortile*.

At ille tibi de-
creto *judicis* *esto* *assignatus*. *Thema* *firmum* *est* *Firmum* & *irrevocabile* *effecit*: *judicaturam* *exercuit*. Inde *deriv.* *حتم* plur. fr. *حتم* *est* *decretum* *judicis* *firmum* *ac* *irrevocabile*; quod & *محتوم* *vocat* *Arabsjades*. Autem a *حتم* *signavit*, *obsignavit* *notionem* *istam* *ortam* *esse*, quod *ختم* *alias*. Utique ab *obsignando* quoque *commodissime* *deduci* *potest* *altera* *illa* *potestas* *inspirandi*, quæ *est* *sub* *حتم*.

فانبري يتشد في الحال
Es *occepit* *canere* *e* *vestigio*, vel *ex tempore*. A *بري* *asciavit*, *præsecando* *aptavit*, *est* *in* 7. *انبري* *idem* *quod* *اعترض* *occurrit*, *obviavit*, *prævertit*, *ut* *Schol.* *exponit*. Apud *Golum* *habes* *contra* *ivit*, *opposuit* *se*. *Latissime* *patet* *usus* *verbi*, *crebro* *in* *Confessibus* *hiscæ* *recursuri*.

من غير انتحال
Absque *ut* *alienum* *sibi* *carmen* *arrogaret*.

- الكرم به اصغر مراقب صفرته *
 جواب افاق قرامت صفرته *
 ماثورة سمعته وشهرته *
 قد اودعت سر الغني اسرته *
 وقارنت نجح المساعي خطرته *

وحببت

garet. A attribuit alicui, & quidem *falso*, dictum, carmenve alterius, est in ٢. & 8. conj. *sibi falso arrogavit* tale quid. A *Schol.* declaratur per ادعاء في

شعر غيرة انه لنفسه *jaſtare carmen alterius a se ipſo eſſe factum.* Est notio haud dubie ſecundaria, cujus origo ſatis obſcura.

Peragratores جواب افاق *regionum*, eleganter vocat *nummum aureum*, ا جاب *med.* *Vav*, ſecuit, & in metaph. *pervafit* regiones. Forma hujus *adjectivi* non est in *Golio*; adfert ea *frequentiam* & *intentionem*, ut ſit *qui multum ſecat, peragrat*, regiones.

Longum قرامت صفرته *est iter.* A *jecit*, دما, in 6. *femet projecit.* Id hic valet *Longinus abſuit*, ut *Scholion* habet.

غريبة وسفر *est* سفره *absentia*, & *iter.* Nihil horum in *Lexico.*

اودعت سر الغني اسرته *Inſinuans arcanum divitiarum lineamenta ejus.* Argute dictum. سر *Lineamenta a ſing.* اسرة *Linea in fronte*, ant &

vola. In *lineamentis* honestæ ac ſpecioſæ frontis, est quod ſe ſtatim commendat, atque inſinuet. Sic *aureus nummus* ſemper & ubique habet quo ſe commendat. Sed *commendavit* in 4. اودع *etiam valet depoſuit*; *arcani quid credidit.* Hinc jam venuſte ait *Lineamenta nummi aurei arcanum opulentia commendaré apud omnes, quibus adſurgere dignatur.* Errare videtur *Schol.* qui سر cepit pro *Optimum rei.* Sane

سر

CONSESSUS TERTIUS. 151

tus. E vestigio itaque sic canere occoepit, non sane plagio sibi alienam vindicans gloriam.

*Laudo huncce flavum, cujus flavedo perplacet.
Peragratorem regionum, longissima cui itinera.
Prænobilis cujus fama & præsentia est:
Profecto insinuant arcanum opulentiae lineamenta ejus.
Et reddit expeditissima negotia vel cogitatio ejus.*

At-

القوم *est præstantissima pars populi: & الوادي *est potior meliorque locus vallis; Sed arcanum divitiarum plus habet acuminis; nisi quis ex ancipiti utramque notionem conjungi malit.**

وَقَامَرَتْ نَجَّحَ الْمَسَاعِي
Et expedit felicem successum negotiorum cogitatio ejus. Verbum قَامَرَتْ junxit, unde in 3. قَامَرَتْ constellationi felici assignatum. Ea vis hic attenditur. Ejus اَتْلُو قرآن est felicior siderum Conjunctio; Constellatio fausta. صاحب قرآن Dominus sanctæ constellationis est Titulus magnorum imperatorum, quibus orbem subjugandum felicia addixere signa coeli. Hinc Tamerlunes eo quoque sese insignivit apud Arabes ad. p. 19. Confer Herbelot. in Timur. نَجَّحَ aet.

verbi نَجَّحَ prospere evenit res. مسعاة plur. fr. a مساعي

conatus, studium laudabile. Thema intendit, studuit, operam dedit. خطر Cogitationem verti, quamvis & per Vibrationem convertere licuisset. Non extat hæc forma in Golio, sub ejus rad. خطر vibravit, sursum deorsum motitavit, in dextram finistramque jactavit. Inde خطر بال vibravit in mente. i. e. subiit animum cogitatio. Absolute etiam خطر incidit in animum. Unde jam خطر Cogitatio vibrans veluti in animo. Sic sæpe Algazalius; cujus est phrasis خطر مدتهم mora eorum sive vivendi tempus, cogitatio. وَاِذَا رَمَقَا avolavit. رَمَقَا P. 90. Non dampnarem tamen hic primigeniam vim vibrationis, percommodatam sane in aureo nummo qui nutu, nutu, vibramine suo omnia felicissime expedit.

وَحَبِيتَ اَلْبَى الْاَنَامُ غُرَّة
Et amabilis est ad homines candicans macula

- * وجبت الي الانام غرته
- * كانما من القلوب نقرته
- * به يصول من جوته صرته
- * وان تعانت او توانت عثرته
- * يا حبذا نضارته ونضرته
- * وجبذا مغبائه ونصرته

كم

macula frontis ejus. Ab جَبَّ
Amavit, in passivo i. forma per-
fecta est جَبَّتْ Alterum غَرَّة
2 Alba fuit facies, maculacan-
dus frons equi, signat proprie can-
dicantem frontis maculam; mox fron-
tem ipsam, vel potius ejus nitore
splendoremque. Inde familia
decus ac ornamentum. princeps. Vir
illustis. melior splendidioreque pars
supellestilis. Nova luna splendor &c.
&c. &c. & ipse mensis; ut in Hist.
Tim. 229. 365.

كَأَنَّمَا مِنْ الْقُلُوبِ نَقْرَتُهُ

Tanquam si e cordibus esset massula
ejus liquata. Verbum نَقَرَ exca-
vavit, cavando sculpsit, perfudit
rostris, perforavit, نَقَرَ, præbet
cavernam, vel potius cavi-
tatem parvam ac rotundioram,
itemque Liquatum aurum argen-
tumve. Nempe a formula concava
in quam massa liquata funditur.

Bene Schol. البقرة القطعة

المسبوكة من ذهب او فضة
قبل ان تقطع منها الدراهم

Vocatur Nukra particula fusca auri
aut argenti, antequam cudantur ex
ea nummi. Utitur hac voce Abul-
phar. 449. Eutyb. t. 2. Ann. Alex.
p. 39. 41. Sensus lepidi dicti est,
imo e corde omnes homines amare
aureos nummos, haud secus ac si
massula unde nummi proculsi, e
cordium humanorum substantia
liquata essent.

بِهْ يَصُولُ مِنْ جَوْتِهِ صَرَّتُهُ *

Eo feroc est, cujus comprehendit eum
crumena. Radix صال med. vav,
seviit vehementi impetu, lucem
adfert Hebræo צלח, unde צלח
profundum vehementius aestuans, &
seviens. In Hist. Tamerl. sæpe
adhibetur pro ferocire, & ita red-
ditur Abulph. 139. Hujus fut. 1.
Alterum حوت 3. sæm.
præt. 1. ab جوي idem quod

ضم

Atque adamatur apud mortales frons ejus candida,
 Ac si e cordibus liquatum fuisset metallum ejus.
 Eo ferocit, cujus crumena eum clauservit.
 Sin evanuerit, aut tardaverit nitor ejus,
 O quam gratus redit ille fulgor, illa nitens pulcritudo!
 O quam gratæ opulentitatis ejus & opitulatio!

V

Quot

ضم comprehendit, continuit, inti-
 me complexus fuit, quæ etiam fuit
 primigenia potestas רִחַם & רָחַם
 apud Hebræos; quibus vita dicta,
 quod naturam contineat, nec dis-
 solvi patiatur. Alibi jam tactum.
 صرة Crumena, locus, pannicu-
 latusve in quo pecunia nodando, ligan-
 dove, reconditur, צרור, a صسر
 strinxit, nodavitque crumenam,
 צרר.

وَأَنْ تَغَانِبَ أَوْ تَوَاقِبَ عَشْرَتَهُ

Quod si evanuerit, aut tardaverit
 nitor ejus. evanuit, periit.

Eadem potestate 6 conj. تَغَانِبَ hic

donatur, quum apud Golium tan-
 tum transitive sit invicem delere ut
 in bello; ex 4. conj. apud Alga-
 lium reperio أفني atatem

suam consumpsit. Ergo فني decre-
 pita atate & caducus fuit in eo,

مَنْ فَنِي عَمْرَهُ

cujus atas evanuit. In Psalm. 90: 9.
 מִיּוֹמָא eodem sensu. Apud Alga-

zalius est شيخ هرم فاني Senex

decrepitus, evanescens. Apud Arabes
 æque ac Hebræos latius tamen patet.
 Radix, cujus diversos adspetus
 per omnia nondum assequor. Est
 etiam in 6. conj. alterum تَوَاقِبَ,

a تَوَاقِبَ torpuit languitve segnis,

deses fuit; unde تَوَان inf. 6. mora,

cunctatio omnis, ac cessatio in offi-
 cio. Ultimum عَشْرَةَ Scholiasti est
 قرابة propinquitas, confort-
 tium. Hæc est ea notio, quam
 Golius expressit per progeniem,

familiam, socios, a عَشْرَ stirps,

origo. At عَشْرَةَ etiam est crenata
 superficies, & nitor rei cujuscun-

que, a verbo عَشَرَ tremuit, tre-
 mulum vibravit; quam vim hic
 attendendam esse arbitror, num-
 mo aureo apprimie quadrantem.

بَا حَبْدًا نَضَارَتَهُ وَنَضَّرَتَهُ

O quam gratus fulgor ejus, & pul-
 critudo nitens! نَضْر Nitore fulsit,
 florido

- كم امر به استتبت امرته *
ومترف لولاه دامت حسرتة *
وجيش هم هنرمتة كرتة *
وبدر قم انزلته بدرته *

و

floride pulcher fuit, late viruit,
dat utrumque hoc vocabu-
lum, & illustrat originem
נָצַר quum *latum germen*, ac *sar-*
culum floride pulchrum denotat, ac
cum צָמַח sub eadem figura usur-
patur. Prius חֶבְדָּא monente Te-
blebio רֶכֶב מִן חֶבְדָּא
compositum est ex amor, חֶבְדָּא
pron. demonstr., ut sit laudantis
dicere חֶבְדָּא *O amabilem rem!* ac
contra improbantis חֶבְדָּא. In
Canus enotatum quoque verbum
قَالَ حֶבְדָּא pro תִּחְבֵּן
dixit o amabilem rem!

Dives opulencia ejus.

يقال يغني
مغنأك اي ينوب منابك
ويقوم مقامك ويريد انه
ينوب عن الانسان
بالمضايق وينصرة

Dicitur יָעַן מַעְנָךְ, pro explebit
vicem tuam, חֶבְדָּא tuum tibi locum
suebitur; sensus autem est nummum

expleri pro homine omnia, in neces-
sitatibus, eamque adjuvare. Id in
Ecclesiaste eodem hoc verbo in-
culcatum יָעַן אִם הָכֵל *Ar-*
gentum respondet omnibus. Lique-
t significationes *opulencia, di-*
vitiarum, aurapulas & expletissi-
mæ utilitatis traxisse a חֶבְדָּא *ref-*
pondere. pro מַעְנָה & מַעְנָה
efferre licet, suntque hæ formæ,
tanquam *infus. irregulares* & conj.
וְכֵם אִם בֵּה אִסְתִּבֵּת אִמְרֶתָּה

Et quot negotia, quorum hujus ope
demum recte administratur provin-
cia. אמרה *Imperis commissi præfec-*
tura, provincia, ab אמר, אמר.
Extenditur ad omnem *admini-*
strationem; & nonnunquam com-
plectitur rei, quam quis suscepit,
accessiones atque incrementa fructuo-
sa. Præcedens verbum est 10. a
תִּבֵּי *secuit; unde אִסְתִּבֵּי paratum*
ac recte dispositum fuit negotium;
quasi bene sectum dicas.

ومترف لولاه دامت حسرتة

Et quot beatis, nisi hic foret, per-
petuum

Quot negotia hujus recte concinnas nutus!
Quot beati, absque eo si foret, longum suspirarent!
Quot exercitus curarum fugavit hujus impetus!
Quot plenas Lunas detraxit lunata hujus facies!

V 2

Quot

petuum esset suspirium! ومترف
positum pro ومترف Et
quot beatorum. Est autem part. pass.
4. a. مترف bonis commodisque vi-
sue affluxit, vel iis fruitus et latatus
fuit. In 2. & 4. mollem ac dissolutum
reddidit nimia commoditas vita. An
hinc repetendum diu quæsitum,
nec dum inventum etymon דא
דא, quasi diceret *Fortune com-
modioris prædes & Largitores?*
comp. ex לו, si לא non, ו
ille. 3. דאמא 3. præf. 1. a. דאמא media
Vav, perennavit, quievit. חסר
Suspirium præsertim defecti viribus,
ab חסר apud Golium sign. 7.
suspiravit. Secunda sign. erat, lassus
fuit, defecit. Tertia, obtusus fuit
defecitque visus. Hæc & alia quæ
Arabes sub חסר admisserunt,
sunt deducta a fonte primigenio,
quo חסר البحر Refluxit et de-
crevit mare dicebatur, teste Tebri-
zio ad Hamasa, qui adfert חסר
البحر اذا نضب الماء عن ساحله

Mare חסר, quum decrevit aqua a
littore ejus. Hunc usum habes Gen.
8.3. וחסרו המים. Quomodo hinc
diversæ fluxerint metaph. nec ob-
securum erit exercitatis ingeniis,

& alio in opere deducetur.

وجيش هم هزمته كرتة
Et quot exercitus curarum in fugam
dedit impetus ejus! A جاش
med. ie, Effervuit bullivitque olla,
Æstuavit mare etc. est جيش
Exercitus, vel a fervido impetu,
vel quod eo late campi fervere vi-
deantur, ut Virg. ait. Etiam media
Vav enunciatum fuisse hoc thema
docet جوش Cor, a جاش
vehementius commotum salvis cor,
æstuavit animus; ac proinde
אש asituationem pulveris reddendo
esse autumo Job. 7. Porro
Exercitus curarum bonum schema.
Cura, a Tabescendo, חסר
Fugatio quæ est in هزم, est no-
tionis secundariæ, a primaria fran-
gendi aridum quid, cum strepitu et
fragore; unde profigare, clade ad-
ficere, fractum, fustumque, fugare
hostem. كرتة impetus unus, a
كرت irritis.

وبدر ثم انزلته بدرته
Et quot lunas plenâ descendere fe-
cit lunata et splendida hujus facies!
بدر

- وَمُسْتَشْيِطٌ تَتَلْطِي جَمْرَتَهُ *
 أَسْرَ نَجْوَاهُ وَلَانَتْ شَرَّتَهُ *
 وَكَمْ أَسِيرَ أَسْلَمَتَهُ أَسْرَتَهُ *
 أُنْقَذَهُ حَتَّى صَفَتْ مَسْرَتَهُ *
 وَحَقَّ مَوْلِي أِبْدَعْتَهُ فِطْرَتَهُ
 لَوْ لَا التَّقْيُ لَقَلْبٌ جَلَّتْ قَدْرَتُهُ *

اكد

بدر Luna perfectionis, est

بدر ليلة التمام

Luna pleno fulgens lumine 14. nocte
A. anfr. descendit, fluxit, in
4. est anfr. Luna plena descen-
dere facta, e coelo, est Vir excellens
e culmine honoris ac gloria detractus.
Isto beneficio pollet incantator
nummus, ejusque بدر facies,
oculus, Luna instar plenae refulgens.
Sic omnino vertendum; nam quod
Schol. capit pro مبادرة festina-
tione, vel etiam pro عشرة الاف
درهم Decies mille Drachmae lan-
guet. بدر est acute promise
videns oculus: a celeritate ait Golius.
Fieri potest, sed malim a Luna;
nam ipse mox subjungit, etiam
nitens بدر pulcher oculus instar Lune.
Talem oculum facete tribuit noster
nummo aureo. Ipsum illud pondus
decies mille drachmarum ita quoque
dictum fuit quasi Oculus plenae in-
star lune remidens.

وَمُسْتَشْيِطٌ تَتَلْطِي جَمْرَتَهُ

Es ira inflammata, quorum arsetat
pruna. Constructio per كم

Quot adhuc continuatur. شاط
adustus fuit med. je, in 10. exar-
sit ira, unde part. مستشيط
hic absolute est غضبان iracundus.

Ei figurate datur جمره pruna,
id est شدة غيظ vebementia ex-
candescencia; quae pruna flammam
emississe dicitur, id enim proprie
لطي

in 1. 4. 5. 8. conj. cujus derivatum
لطي Ladan est ignis flammans, &
nunnatione abjecta Lada na' izo-
xx infernus ignis.

أَسْرَ نَجْوَاهُ وَلَانَتْ شَرَّتَهُ

Quos Clanculum allocutus nummus
est, sic ut emollitus sit acris impetus.
Facetissime Nummo tribuitur,

نَجْوَى clandestinum colloquium

نجا

Quot ira inflammatos, quorum pruna exarserat,
Clandestino impertiit alloquio, eorumque emollita est ve-
mentia!

Quot captivos quos prodidit sua ipsorum cognatio
Eripuit hicce, sic ut liquidum gaudeant gaudium!

Quot jura Domini noviter produxit hujus creatio!

Quod nisi obstaret Religio, dicerem sane, potentia ejus Op-
tima Maxima.

V 3

Quot

a لجا communicavis arcani quid-
illuc collineat quoque اسر

4. conj. a سر affectit in umbilico,
